

CONCUBITU.

A Alfonso adhuc adolescente, regnorum Siciliae, & Hispania gubernacula in Aragonia suscipiente, accidit, ut eum iudam servula ex Domino pragnans facta, mox periens, ad libertatem proclamaret, ex lege Hispanientis, sive Catalanensis, Dominus autem veritus servam amittere, negabat ex se filium procreatum, ratus hoc pacto se servam non amiserit, & filium simul habiturum. At illa acris instante, & natum ex domino conceptum asserente, cum ejus rei difficultis probatio, & veritatis periculosa conjectura esset in ancipiti, Alfonso prudentia jam inde ab adolescentia statim resplenduit. Decevit ergo, ut infans sub licitatore vendicaretur. Cumque uni, qui majus pretium attulisset, infans traderetur: pater pietate victus, a lacrymis temperare nequivit, & suum esse filium factus est. Quare rex & patri filium, & serva libertatem non cunctanter adjudicavit. Panorm. lib. 2. de Alfonso reb. gestis, & Fulg. lib. 7. cap. 3.

EJECTIONE, VENDITIONE, DERELICTIONE.

T. Sempronius servos jam senio debilitatos, tanquam animalia bruta eicere, & vendere solebat: quasi commoditate subflata, nihil ipsis hominibus humanitatis debeamus. Volat. lib. 14. cap. 2. Astrop.

M. Porcius Cato accusatus est publice, quod qui domi conseruaret servi, eos ut parum jam utiles venales faceret. Jus quidem: nam quanquam servi, tamen quod homines, & quod operas suas in nos, liberisque, remque nostram familiarem diuturnius contulerint, liberalitate, & gratitudine complectendi sunt. Plutarchus in ejus vita. Eius exemplum imitatus Romanus cum servos agrotos, & languidos exponeret, tanquam ab laboribus inutilis, & cibos indignos, ac potius Claudius Caesar leges sanxit, ut agra, & affecta mancipia si exponeretur, ab omni famulatu, & servitio immunia forent. Alex. lib. 3. cap. 20.

PERFIDI FRATRES, SORORES.

Ex Titul. Libidinis dominandi, item, Incessus inter fratres, & sorores, exempla petantur. Illic Ambitionis, & Intemperantiae in seipso, hic Perfidiae erga alios habetur C ratio. Sic vitium quodvis respectu habentis aliam, aliam respectu eorum, quibuscumque versatus speciem habere videtur.

CAEDE INTENTATA OB RELIGIONEM.

Anacharsis philosophus, Scythia genere, dum Atheniensem leges, & Graeca sacra apud nos introducere conatur, ut patriae consuleret, a Caduoid fratre, ejus loci rege, inter sacrificandum fugitua confosus est. Laertius. Maximianus Diocletiani F. Arcemiam forem gladio percussit, quod relicta idololatria Christiana facta esset. Boleslaus, Uralisla F. Drahomita uxoris idololatriae instinctu D. Veneslaum fratrem Boemiae regem sanctissimum, ad nati nuper filiosi initia evocatum, a cena opipara, in templo nocturnis precibus vacantem, inmissis percussoribus trucidavit: dissimulatae necesse, mané filio Strachyquas, a terrore convivii mutato vocabulo, nomen indidit. Dubravius lib. 5. & Sigebertus.

INVIDIAM EMULATIONEM. Virtutis.

D Omne scelus, & flagitium proxiuum cum homine ortum videri potest, sed hominis culpa, non naturae: contemptus nuntius, ambitio, livor, & aemulatio, invidia alumni, ipsum terrae Genium recentem, & sanctum continuo fecerunt: nihil erat adhuc homini, ad quod invidia viventis oculos attolleret, nec tamen defuit illi materia committendi in se fratres: ut cum duo Protoplasto filii essent, Cain aemulatio armaverit in perniciem Abel: ortaque est nefaria caedes ex invidia. Quod scelus non tantum obfuit penaribus recentis adhuc mundo constitutis, inexcipiabilis caede imbutis, sed omnem posteritatem usque ad cataclysmum in perniciem traxit. Si quidem intemppestivo unius exilio, obliata est vita suae originis, arcanique mysterii expers facta, quoad aquarum inundatio auctores culpe, & qui auctoribus accessere, cum univerfa terra obruit. Sab. lib. 3. cap. 10. ex Genesi 14.

Arao, Jovis, & Aeginae Filii fuerunt ex Endeide Scyronis F. Telamon, & Peleus: & prater hos Phocus, & ex Phamae Nerei filia. Hunc ob virtutem pater majorem in modum dilexit: fratres autem invidia moxi, clam eum necarunt: deoque

pulsi a patre, Aeginae reliquerunt. Habitavit exinde Telamon Salaminiam insulam, Peleus Pelium montem. Antonius Liberalis. In Aegina certe juxta Aeci monumentum Phoci Aeci F. tumulus est, incisus in ambitu crepidine, incumbit asperum, & rude saxum. Quo cum Phocum ad quinquentium fratres invitasset, pro disco usi sunt: ac eodem Peleus consulto Phocum, cum loco ei suo lapis esset mittendus, dicitur percussisset: secundum Pausaniam. At Plutarchus in Parallellis a Telamone, dirigente in aprum lancea, in venatione occisum scribit ex Dringite. Fratres statim navi ex insula profugerunt. Telamon caduceatorem ad patrem mittit, qui suis verbis neget cogitato Phoci cadem admittam. At Aecus pater illum descendere in insulam vetuit: tantum de navi, vel fida malle, ab extructo in mari aggere iussit causam dicere. Illegitimum nos intra occultum portum navi vectus, aggerem extruxit. Damnatu eo crimine, quod de Phoci necesse culpa non caruisset, Salaminem cum claustrum abiit. Paus. in Corinth.

Frotho V. Danorum rex cum parum prosperè Piraticam tentasset, classis curam Haraldo fratri commisit. Is milite cecidit leso, maris imperio potitus, in fratris invidiam incidit, praesertim cum fratrum conjuges, Synge, & Ulvida (quarum hac Succie rege Sivarido, illa Carolo Gothia praefecto, nata fuerat) crebra nobilitatis contentione rixantes, a maritorum animos disjungerent. Itaque Haraldus, & Frotho, communem partem suppellectilem, plus multibus laxa, quam fratrum caritati tribuerunt. Frotho per quandam familiarium occidit Haraldum interfici curavit: quod quem aetate vincebat, ab eo se virtute videri non pateretur, & ne scelus a consilio proderetur, insidiarum quoque ministrum tacite iussit submoveri. Et ut innocentia sibi hideri pararet, & notamque sceleris invitaret, quinam rerum casus inopina germanum clade sustulerit, latius investigari precepit. Sed neque tot artibus perficere potuit, quo minus eum tacita vulgi notate opinio. A quo Carolus Gothia dux, quinam Haraldum occidisset, postea rogatus, dissimulante eum notae rei quaestionem facere respondit. Quo dicto mortis etiam sua causam accivit. Frothone exprobatum, sibi latenter patricidium indignè serente. Crantz. lib. 1. Daniae, c. 39.

Amoris paterni.

C. Maximus cum filios haberet: Simillum, & Rhesum, ex quibus hunc ex America procreaverat: illum Rhesum hic inter G venandum concecit, regressusque domum, casu fortuito caesus est id, non ex composito factum. Cui pater, cognito verò, exilium irrogavit. Hoc apud Aristot. est in 3. rerum Ital. Plut. in Parallellis.

IMPERIUM.

Abimelech Gedeonis F. spurius, LXX. fratres ex legitimis uxoribus, in domo patriae Ephrem interfecit in uno saxo, excepto Joatham natu minimo, qui laterat, & imperium in Schemitis occupavit. Judic. 9. Joram Josaphat F. primogenitus, Judaeorum rex a patre constitutus, fratres suos sex interfecit, & Israelitarum principes aliquot, Athalia uxoris Achab filiae consiliis. Lib. 2. Paralipomenon, cap. 21.

Aristobulus rex Judae, Antigonus fratrem (quem prius regni consortem fecerat) falso postea insimulatum interfici iussit. Qui dum inter se de regno hostiliter disceptant, regnum, & urbem, in qua nati erant, perdidit: & quod malorum cumulo accessit, augustissimum templum, quod in urbe fuit, bello profanatum est, magnaque ex parte dirutum. Sab. lib. 3. cap. 10. ex Josephi lib. 13. cap. 19. Antia.

Orta inter Dardanum, & Jasiuum contentione, Dardanum superior fratrem peremit. Adeo confortem necesse potestas, adeo rara est inter necessarios charitas, ubi dominandi libidinis montes hominum titillat.

Osyris cum in Aegypto justè regnaret, a Typhon fratre impio, atque nefario interceptus est. Qui cum fratrem in viginti partes fecisset, cubile eorum, qui secum tanti sceleris participes fuissent, partem dedit, ut ipsos defensores, cultoresque regni haberet fidos. Diadorus Sicul. & Consule Tit. Sacra ridicula.

Cambyses, ex infomnio, ut regnarem in Asia fratrem Smerdem (quem solio insidare regio per quietem viderat) mequens, nullo argumento, nullo respectu indicio eum trucidavit. Hinc defuncto eo regnum a Cyri successione exiit, familia autem Darii regnavit, viri, qui non fratribus tantum, sed amicis quoque participare non erat imperia, & opes. Plut. de piet. erga frat. & Herod. lib. 2.

Alia

Aliarehus Arecellum, Regem Cyrenaeorum, Bati F. A fratrem suum agrotantem pharmaco interfecit. Sed cum non multo post Eryxo Arecellai uxor dolo intererit. Herod. lib. 4.

Ptolemeus Philadelphus, Argeum fratrem (a quo insidias parari sibi intellexerat) interfecit: & alteri fratri Magae nomen (qui Cyrenis imperabat) bellum intulit. Pausanias apud Volaterranum.

Cleopatra Aegypti regina, Arsinoe forem in templo occidit, fratrem insidias peremit. Flavii Josephus lib. 2. contra Apionem.

Cleopatra Aegypti regina filia Seleuce Cleopatram forem in Syria occidit, invito, renitenteque marito: & quod omnium maxime fuit detestabile, quia a simulacro deae, ad quam confugerat, non poterat regia mulier abstrahi, brachia iussit amputari. Sab. lib. 3. cap. 10.

Orodes Phraacis filius, Parthorum Rex, Mithridatem secundum fratrem suum Babylonia obsecit: factaque deditioe, in conspectu omnium, quamvis supplicem, interfecit.

Sunt, qui tradant Remum in contentione de regno, cum utraque pars vulum ducent regem consulatasset, ventumque B esset ad manus, esse in pugna occisum a Romulo: an a quoquam altero, parum constat. Alii, & quidem plures, a Fabio tribuno Celerium Romuli uxorem ajunt, quod nova, & humilia urbis moenia etiam cum iritione transisset: peractamque eadem Romulo imperante. Quod factum Cicero impium, & inhumanum fuisse judicat. Ludovici Vives in 3. lib. Augusti, de Civitate Dei, cap. 6.

Maxima fuit inter Antoninum Caracallam, & Getam fratres Severi Imper. FF. super imperio Romano discordia. Non eos mater Julia potuit unquam in gratiam restituere. Ad extremum Antoninus, ubi veneno nihil proficit, irruens in fratris cubiculum, eum supra matris pectus obruncavit. Herodianus, & Dion Niceus.

Theodericus Veltgotherum Rex unà cum Friderico fratre Thurisfundum fratrem decimo imperii anno interfecerunt, quo nam major regni eo citius habere esset, Filii fuerunt Theoderici primi Regis in Hispania. Sigebertus, & Ritus lib. 2. Regum Hisp.

Sigebertus Clotharii Francorum Regis filius, fratrem Chilpericum subito bello oppressit, incautumque crudelissimi occidit. Ritus lib. 1. de Francorum regibus.

Conradus IV. Caesar, occupato regno Neapolitano, & Siculo, cum voluptatibus operam daret, fratrem nutu minimus Henricus, summae indolis adolescens, filius reginae Isabelle, ex Sicilia, quam ei Fridericus II. pater reliquerat, honoris exhibendi gratia advenit, comitatus a quodam capitano Saraceno, cui nomen Joanni Moro, qui cum abduxit in cubiculum quoddam secretum in arce S. Pelicis in Basilica, & illic Conradi iussu occidit. Colleenutius lib. 4. cap. 19.

Post Caribodionem Britannorum Regem Ferrex, & Porrex ejus filii inter se de regno dimicare ceperunt, in quo certamine Ferrex interfecit: ejus caes tantum matri, quae eum vehementer amabat, doloris inuisit, ut subito furore percita, alterum filium nata dormientem, adjuvantibus ancillis, crudeliter trucidavit. Polyd. lib. 1.

Edovardus IV. Eboracensis dux capto, & interfecit Henrico IV. ejus filio Edovardo, & proceribus Anglicis nobilissimis, regnum occupavit: eoque confirmato, Georgium D fratrem ducent Clarentiam comprehensum in dolio vini Crececi suffocavit curavit, cujus opera tamen regnum potissimum receperat. Ferunt quidam regem terrum veneratione hominis fadici Georgium interfecisse, qui praedixisset futurum, ut post Edovardum regnaret unus alius, cujus nominis esset prima litera G. nec vaticinio successu caruit. Occupavit enim regnum post Edovardum Ricardus frater Gloucestrensis dux. Alii dicunt, Ducem amissa uxore, per sororis Margaritae operam, percussit sibi nuptum dari Mariam unicam filiam Caroli ducis Burgundiae. Edovardum fratris felicitati invidisse, ac eam astitantem impedivisse. Inde redintegrata similitate, quidam ducis administratorem eodem tempore beneficii duxerunt, afficitur supplicio. Contra hoc factum cum in carcere detruerit, ac non multo post quasi majestatis damnatum morte affecit. At mox facti poenitens, si quando pro cupisiam damnata vita oraretur, solitus est inclamare. O infelicem fratrem, pro cujus salute nemo homo rogavit, manifestè inuenis illum principum invidia interficisse. Polydorus lib. 24.

L. B. Theat. vit. Human. Tom. VI.

Frotho Danorum Rex, tres habuit liberos, Haldanum, Roem, & Scatonem. Quibus mortuo patre, aqua inestit regnandi cupiditas. Quo factum est, ut Haldanus natu maximus duos juniores interfecerit, & regnum patricidio fuisse perit. Saxo Grammaticus.

Birgerus Gothorum, & Sueonum Rex, fratres suos Valdemarum, & Ericum hereditate paterna privaverat, & aliter circumventos in sua verba jurare coegerat non ultros injuriam. At illi non multo post Regem cum uxore, & liberis in villa captum in suam redegere potestatem, & tertia regni parte contentum esse coegere. Ceterum Birgerus amice ad se invitatos fratres in profundissimam turrim praecipites egit, & projectis in profluentem clavibus eos vivos se inde dimissurum negavit. Sveci Regis perfidia erga fratres cognita, armis injuriam vindicant, Birgerum variis praesidiis visum regno pellunt. Magnum ejus filium occidunt, arcem Nicopensem, in qua fratres interfecit fuerant, solo adquant. Birgerus apud Danos exul cum uxore miseriam perit. Joan. Magn. 120.

Lechus Craci principis Polonorum filius, fratrem, qui Craeo nomen erat, per speciem venationis in sylvas ductum, incautum occidit interemit. Cromerus lib. 2.

Mahometus II. Amurathi II. dominandi libidine, & ambitione inflatus, quo die pater è vivis excessit, fratrem nomine Turfinem, sibi a patre multis lacrymis commendatum, mensè agentem infantiae xix. continuò iussit occidi, & aequalis, orat ne fraterne sanguine manus inquinet. Exorat ea lege, ut ipse continuò infantem interimit. Pater Moyses, moxque infantem, & praesentem, & immotis oculis aspiciente Mahometo, multa viaque obrutum suffocavit. Infelix mater, Turca genere, noverca Mahometi, cujus mater Albana serva fuerat, accurrit illuc, humi jacentem manibus infansem tollit, complet ulularibus omnia. Et quoniam vite mortem in tanto ludu praeferebat, tyrannum ditis profecuta imprecationibus exanimis conecidit. Iussit mulierem atolli tyrannus, & fucatis verbis dolorem lenire cu- piens, necessitatem ferre cuoq; animo persuasit, cum factum infelicum fieri non posset: veterem Thothamorum principum consuetudinem esse, ut ceteris interfecit, unus semper relinquatur in regno. Nam ut neque plures sunt Dii, neque Soles, ita neque plures debere admitti reges: itaque bono animo eam esse hortatur, ut pro filio semper futurum. Et ut infantem mitigaret feminam, adjevit, si quid vellet, audacter peteret: illud enim se tanquam matri daturum. Mulier ira ardens ad vindicandum innocui sanguinis injuriam, facinoris ministrum impium Moysen expectavit. Quem tyrannus vinculis post terga manibus, ac pedibus catenatum, dedendum imperat. Efferrata mulier cultello, pendente è zona, pectus miseri hominis, frustra opem domini coram implorantis, transfigit: latus inde dextrum aperit, secur abscessum eruit, datque canibus discerpendum. Hac demum vindicta mulier satiata, conquevit. Habuit autem Amurathes uxorem, filium Sponderbel nobilis in Penderatia satrapis, ex qua natum filium nomine Calapinum, sextum agentem mensè, Chalibassa moriens commendavit. Ille Mahometi gratiam initurus, & matrem, & puerum ei prodidit. Mahometus accerit xxx. matronis, quae puerum cognoscere, postquam certam Amurathi esse sobolem constitit, strangulatum matri filium reddidit, funisque regio more fratrum duxit. Cuspin. A. D.

Selimus Turcorum Imp. Bajazetem patrem veneno suffulit. Restabant fratres duo profigandi. Curcuk uterum suum fratres habuit filios adolescentes, de more patriae egregie institutos, quos praemittit, ut orationibus elegantissimis patrum placarent, offerentes sua servitia, & patris, qui eum, ut Imperatorem adoraret. Selimus, nepotes coram se strangulari iussit. Centum enim indignum Turci, Caesarem sanguine attingere tertam: ob id choridis ex arcibus strangulant, quoque unque Caesari sanguinis esse norunt. Curcuk in montes fuga elapsus, fame, & inedia confectus, a familiari suo proditus, captus est & strangulatus, mortuique Imperatori allatus. Achmat major natu frater, patris, fratrisque morte audita, incertus quid ageret, matrem prudentissimam feminem consuluit. Quae filio suavit, rem esse enisè tranfigendam. Is ergo exercitu xvm. consilio, rem esse enisè tranfigendam. Is ergo exercitu xvm. consilio,

scripto, Amuratho quoque filio XM. Perfarum adducente, in A Bithynia contra LXXM. fratres pugnatum, animo concidit, & Equum suo exemplo fugam arripere suavit. Equum itaque ascendens, ut fugam arripere, prociat: in alium repositus equum, parvo decurlo spatio, iterum decidit: erat enim corpore obeso. Noluit inde tertium (quamquam rogatus) ascendere equum, cum jam fatum sibi imminere clare profpexisset: sed in lapide confidit moribundus, & exanguis, omnibus aliis fuga abentibus, quos Selimi milites insequabantur. Et cum jam senior milium profectus, in lapide sedentem videret Achmath Sultanum, honoris causa equo descendit, ac more patrio, ut Caesarem salutavit. Cui Achmath: Non ut principem, sed ut miserum mortalem me agnosce. Accipe igitur à me hos annulos, & à fratre faciliorem mihi mortem impetra, ut incisus venis in balneo mori liceat. Selimus jamdudum de omnibus factus certior, carnifices submisit, qui ligatis in dorso manibus, in terram prosternunt, ac chordis arcuum strangulant: cadaver curru imponunt, nigris velis ornato, ac honorifice Burfam ad sepulcrum vehunt. Ipse attractus, dolorem simulans, incertum finxit, & more patriæ oriza cum lacte cocta pastus, per summum nelas patre veneno, fratribus, ac nepotibus per vim sublati imperium adeptus, cepit in quocumque grassari, *Cuspin. A. D.*

Caniginorus Veronensem principem moriens, Antonium, & Bartholomæum filios reliquit hæredes. Quorum Antonius Bartholomæum fratrem de medio sustulit, quem in principatum consortem, aut parem ferre non poterat. Franciscus, & Ludovicus Gonzaga Ugolinum fratrem, simulata amicitia, ad cenam invitatum interfecerunt, sola invidia moti, quod Guido Gonzaga pater, Mantuanorum dux, ei soli principatum reliquisset. *Idem.*

Pinus Oredelaphus Foroliviensis, ut solus regnaret, Francicum fratrem tradidit, ejus liberis in exilium missis. *Idem.*

DIGNITATEM.

Joannes Jude pontificis filius, quintus Hebræorum pontifex, fratrem Jesum nomine (quem affectata dignitatis habebat suspectum) morti dedit.

TITULUM.

Atila Hunnorum rex, post subactam Myciam, Thraciam, & Macedoniam, cum ex Gallia Sicambriam rediisset, fratrem C Budam invenisset, Sicambriam, quam muro cinxerat, non Atile, sed suo nomine, contra mandata, Budam nominasse: eum deo capto, propria manu obruncavit. Diversas alii fratrem mortis causas referunt: aut quod initioris ingenii vir, formidolosa expeditione inhiheret: aut quia cum eo sepe contenderet, & liberius argueret, quod Gepidarum, & Ostrogothorum reges in societatem adfectos pro subditos ille tradaret: aut quia cum Scythiis immittis ageret. *Bonfinius lib. 3. Decadis 1. & Sigebertus.*

REPREHENSIONEM.

Menelaus Oniz pontificis F. cum sacra vasa depecularetur, & ab Onia fratre pontifice reprehenderetur, donis Andronicum procuratorem Antiochii Epiphaniis corrupti, uti Oniam, qui in suburbium Antiochiz Daphnem tanquam in asylum se reciperet, blandis promissis evocatum interficeret. *2. Mach. 4.* Richardus II. Anglorum rex Thomam fratrem ducem Gloucestræ, ignaviam sibi exprobrantem, in venatione sedentem ex insidiis interfecit curavit. Joannis ducis Lancastræ fratris filium Henricum, paterna hereditate spoliatum, in exilium egit. Sed tandem factione procerum Henricus Ricardum cepit, & regno ultrò deponito in carcere mori coegit. *Polydorus l. 20.*

LUCTUM.

Cambyfes Cyri filius, Perfarum rex, cum in fornix vocem audisset, Smerdem fratrem solio sedere regio, Prexaspem ad eum interendum misit, & sororem quoque & medio sustulit, e quod mortem fratris impensè lugeret. Greci quidem ajunt, dum Cambyfes duos catulos, alterum leonis, alterum canis committit, hanc interhursu spectaculo: & cum à leonculo catulus superaret, alterum catulum, hujus canis fratrem, abrupto loro super venisset: & cum duo essent, ita superiores leonculo extitisse. Cambyfe igitur capiente voluptate, soror ei assidens illacrymavit. Ea re animadversa Cambyfes interrogavit, quidnam lacrymaretur? Respondit illa, se viso catulo puppetas fratri ferente, idè flere, quod subierit memoria Smerdis, cujus sciret neminem fore ultorem. Ob hoc dicitur à Cambyfe interemptam memorant. Ægyptii verò ob id, quod cum ad mensam discumberetur, mulier lactucam sumpsit, ejusque decerpis foliis virum Cambyfem interrogavit, Utrum discerpis lactuez, an densa pulchrior foret? cum is respondisset, Densa: Hanc, inquit, lactucam ali- quando imitatus es, qui Cyri domum demudasti. Ibi Cambyfem indignatione percitum, inflisile calcibus in prægnantem, eamque abortu edito decessisse referunt. *Herodotus lib. 3. & Justinus.*

Primus apud Romanos Horatius ex trigeminis illis, victor de Curiais, forore maritum casum lugebat interfecta, perduellionis reus factus est, & vix patris lachrymis à Pop. abfolutus. *Livius.*

RUSTICITATEM.

Critolaus Tegeates fororem interfecit, quod sibi è victoria redeundi non gratularetur, cum tamen ceteri omnes ei applauderent. *Demaratus apud Plutarchum.*

INDICIUM.

Trophonius Agamcedem fratrem interfecit. *Vide Titul. Oraculorum loca.*

FUGAM.

Medea cum Jafone fugens, Ægyptum, sive Absyrtum fratrem membratim discerpit, discerpit per agros passim projecit, ut Æetem patrem se persequentem, in colligendis filiis ostibus remoraretur.

LIBIDINEM.

Saxo lib. 3. Fensongen Danorum regem testatur insidias positus fratrem trucidasse, ejusque uxore absum, incestuosam libidinem partitio addecesse. Quam atrocitatem, ut benevolentia simulatione tegeter, seminum ad hoc induxit, ut consteret suum maritum Regi insidiantem à se interfectum fuisse.

FACTIIONEM.

L. Catilina cum sustulisset proscriptioem Syllana nondum decreta fratrem, rogavit L. Syllam, ut quasi incolumem proferberet: & proscriptus fuit. Hanc ob rem, ut Syllam gratiam referret, M. quemdam Marium ex adversa factione occidit, caputque ad sedentem in foro Syllam retulit. Inde ad Amuliam se Apollinis propinquam contulit, ac manus abluvit. *Plutarchus in Sylla.*

INSIDIIS.

Pheoras, Herodis regis frater, quamvis multis à fratre acceptis beneficiis, contra eum tamen conspirare cum Archelao Herodis F. fuit ausus. Falsis primium calumniis Herodem detulit, quasi Alexandri filii uxorem Glaphyram amaret. Ea re detecta, Herode verbis tantum cum eo litigante, venenum ab Antipatro accepit, quo regem sustulisset, nisi moro præventus fuisset. *Josephus lib. 16. & 17. Antig.*

Lucilla Commodi Imp. foror, Pompejanum viro per-suasit, ut Commodum insidias faceret. Sed scelere patefacto, occisa est. *Xiphilinus, & Herodianus.*

Joannes, Ricardus Anglorum regis frater in bello Hierosolymitano absente, cum Philippo Gallorum rege contra fratrem conspiravit, & regnum occupare voluit. Ejus perfidia coactus Ricardus domum revertit, & pulsus Gallis, fratris veniam petenti, licet pessime de se, & Repub. Christiana merito, respondit: Se parere quidem, sed tantum optare, ut quandoque injurias ab eo acceptas penitus oblivisci posset. Quibus verbis confirmatus Joannes jurandum dedit, pollicens se errores deponiturum, officioque superaturum. *Polyd. lib. 14.*

DESERTIIONEM.

Dionysius Syracusanus, non tantum matrem suam venerat, sed Leptinem etiam fratrem, quem in prælio navali facile servare potuisset, interfecit pallus est. *Ælianus lib. 13. de Varia historia.*

Henricus Rheni Palatinus, Othonis Regis, utpote fratris partes contra Philippum, de regno Germaniz certantem, sequebatur, Philippus Henrico minabatur, ni relicto Othone se sequeretur, Palatini dignitatem se in alium collaturum. Henricus Philippi minas fratri commemorans, ab eo vicillim in castris cum Brunsvico urbe arcem Liechtenhergam petiit. Et si autem rex benigne promittebat, tamen jam animo aversus à fratre, cum copias suis ad Philippum transivit. *Crantzius lib. 7. Saxoniz, c. 17.*

REBELLIONEM.

Onefilius Gorgi Salaminiorum Regis frater, natu minor, cum sapennero antea Gorgum sollicitasset ad rebellandum ab rege Dario, audiens Jonas ducis Aristagora Mileti tyrannum rebellasse, vehementer urget Gorgum institui. In quo quia nihil proficiebat, observato tempore, cum Gorgus oppidum egredieretur, unà cum suis militibus cum portis exeluit. *Gorgus*

Gorgus oppido exutus, ad Medos transfugit. Eo potius Onefilius, omnibus Cypris, ut rebellarent, fudebat: persuasus ceteris, Amathusios rebellare abnuentes obfidione circumdedit. *Herodotus lib. 7.*

MUTILATIONEM, EXCÆCATIONEM.

Sapores Perfarum Rex nec à fratrem persecutione, & supplicis immanibus sibi temperavit. Alterum enim oculis privavit, ut Zonaras scripsit, alterum Hornisdam nomine vincitum in carcerem concecit.

Constantinus IV. Pogonatus, duos fratres adhuc pueros, naribus ablati, dehoneltavit, ne ad Imperium quandoque aspirarent. *Volat. lib. 23. Anthrop.*

Alexius Angelus, cum à Turcis captus ab Isaacio fratre magno auri pondere redemptus esset, ingratusissimus per dolum cum cepit, excacavit, ac in carcerem concecit. Tandem Venetis, Gallicis armis adjutus Alexius puer, Isaacii filius, Alexium deiecit, & cæco patri Imperii sceptrum restituit. *Egnat. l. 5. c. 3.*

Alphonus III. Ordonii filius, cognomento Magnus, à morte patris, qui imperium Gothorum suscepit, cum fratribus suos susceptos haberet, ac à necem per insidias filii molirentur, omnes oculis privavit. *Ritus l. 2. Regum Hisp.*

EXILIO.

C. Caligula Imp. non tantum aviam suam crudeliter traxit (quam, eo quod fuerat aliquando ab ea increpatus, eo deduxit, ut mortem sibi voluntariam asceret) sed forores proprias supravat, & eadem relegavit in insulas remotissimas. *Dion. in ejus vita.*

Romanus Junior Imp. impius in matrem Helenam, ac forores, quas regia eiecit, ac cæcitate relegavit, exitis imperialibus ornamentis. Quæ ob dolorem regio vestitu spoliata, impudicitæ sese reddiderunt, & meretricium quæstum amplexe sunt. Unde mater in summo luctu paulo post vitam finivit, diris imprecationibus filium execrata. *Cuspin. A. D.*

LIBIDINE.

Vide Titulum, Incestus cum sororibus. Amnon filius David, simulato more, fororem Thamar, quasi de manu illius cibum sumere deberet, ad se vocatum C per vim concuptravit. *2. Reg. 13.*

SOBOLIS EXCITANDÆ NEGLECTU.

Onanis impietatem erga fratrem. *Vide ex Tit. Libidinis conjugalis.*

SOBOLIS INFAMATIONEM.

Gerardus Dux Sleviscentis, cum conjugem accepisset de domo Badenensis Annam, nuptis peractis in ejus patria, secum duxit in Holfatiam prægnantem. Et cum gravi lapsu afflicta mense septimo peperisset gemellos perfectos, occasionem dedit maledicendi, quasi ex alio ante nuptias conceperit. Gerardus frater Adulphus, fratrem hæreditati inhians, feminas peritas ex vicinis urbibus convenire fecit, quarum judicio conspecti parvuli, Gerardo patri ab omnibus adjudicantur. Physioci quoque testati sunt, in illum diem ex hora primi coitus potuisse partum fieri septimo mense, aut etiam ante, accedente lapsu, qui partus tempus accelerat. Ita omnium tum judicio defensa est matrone pudicitia. Sed tamen prævalere lingua maledicæ & Adolphi Ducis indignatione causa foemina in patriam suam tristis reversa est. Sequutus abeuntem maritum, ut revocaret. At illa in itinere perit, in oppido Emerick, D ad ripam Rheni. E gemellis illa, quidem servata est in monasterio, puer autem interit: de cujus interitu ferunt inconfolabiliter postea luisse Adolphum: nec unquam sui corporis hæredem meruisse, qui invidit fratero. *Crantzius l. 11. Saxoniz, cap. 21.*

VENUNDATIONEM.

Filii Jacob Joseph fratrem infontem, ac Deo, patrique gratum, primo interficere cogitarunt: sed admoniti ab eorum uno, præcipitatum in profundum puteum: inde exemptum Hmactius vendidit, manifesta pudentia, ut per eum, quem perdidissent, perditu servarentur. *Sab. l. 4. cap. 5.*

USURPATIONEM IMPERII.

Inter Polynicem, & Eteoclem fratres convenerat, ut alteris annis regno Thebanorum præesset. Eteocles, cui prima fors obtigerat, anno exacto, regno cedere noluit. Polynicem Argos confugiens, lachrymabile illud Thebanum bellum excitavit, Ducum Argivorum cede nobilitatum. Ipsi fratres inter se congressi, mutuis concidere vulnibus. *L. E. Theat. vit. Human. Tom. VI.*

Proca Rex Albanorum, duos filios habuit, Amulium, & Numitorem, quibus regnum alternis annis dimisit regendum. Cum autem prior Amulius regnasset, peracto anno fratri cedere noluit: quinetiam Laulum ejus filium interemit: Iliam Sylviam, sive Rheam Vestalibus præfecit, ut obtentu religionis prole perpetuo careret: quæ tamen gemellos, Romulum, & Remum ex incerto patre edidit. *Ovid. l. 4. Fastorum.*

Mortuo Guillelmo Conquestore Angliæ Rege, Henricus F. absente Roberto in bello sacro, Rex declaratus est, repugnantibus tamen quibusdam proceribus, qui se Roberto fratri majori natu adjunxerant. Reversus Robertus spe regni fratrum, Hierosolymitano, quod sibi à Latinis offerrebat, repudiato, armis illud vindicare voluit. Verum pax ita facta, ut Henricus, qui patre Rege natus esset, Angliæ regnum obtineret cum Constantiensis Comitatu in Neultria, & quotannis ternam millia marcharum Roberto daret: & qui prior sine liberis decesserat, alterum hæredem testamento scriberet. Non multo post Robertum virum quam faciliem Henricus ita blandis verbis allocutus est, ut sponte sua illa tria millia marcharum in perpetuum ei remiserit: atque ita vacuus paucis post diebus in continentem reversus est. Addit Æmilius, Henricum proceres sua ditionis, qui cum Roberto fenerant, in auxilium egisse: eaque injuria irritatum Robertum, Constantiensis Ducatum à fratre ad se revocatum proceribus illis attribuisse: poenitentem cum liberalitatis erga fratrem exhibita, & animo immicissimo ab eo se fallaciter circumventum fuisse dixit. Hæc ubi Henricus rescivit, infestis armis Normanniam invasit, & parte ejus occupata, in Angliam rediit. Robertus imparem se tanto hosti videns, cum paucis in Angliam profectus, fratri supplex factus cum nihil æqui imperasset, illius superbiam exacerat summis viribus pugnavit victus est, atque perfidia suorum captus, honoribus, fortunisque omnibus exutus, in carcerem datus est oppidum Vallie, quod Cardiffium dicitur, ubi xxv. post annos partim senio, partim animi merore confectus, mortem obiit. *Æmil. 5. & Polyd. l. 11.*

Godofredus Martellus, Comes Andegavensium, moriens hæredes instituerat fororis filios, Godofredum Barbatum, & Fulconem à moribus cognomine Asferum, Barbatum majori sibi reliquis dominibus avunculi retentis, Aspero fratri atriæ G te minori, sed ferocia, roboreque superiori, Vastinetium omnino Comitatum dederat. In favore popularium in spem omnium honorum erectus, fecerit cum Philippo I. Franco- rum Rege isto, ei Vastinetio cessit, ne fratri, cui bellum inferebat, adesset, sed tacitum spectatorem se præberet, quem judicem, vindicemque esse oportet. Barbatum ab Aspero armis captus, ac in custodiam perpetuam traditus. Philippus accepta diffimulationis mercede conquevit, animo minime regio. *Æmil. l. 3.*

DIGNITATIS PRÆREPTIONEM.

Menelaus à Jafone fratre, Pontifice, ad Antiochum Epiphaniem missus cum CCC. talentis, in seipsum transtulit Pontificatum, fratremque Jafonem ad Ammonitis profugere coegit. *Machab. 4.*

NUPTIARUM INVASIONEM.

Herodes Antipas, Magni F. tetrarcha, uxorem habebat Aretæ Regis Arabum filiam, cum qua jam multo tempore convixerat. Romam deinde iter faciens divertit ad Herodem fratrem, sed genitricem natum alia, Simonis Pontificis filia. Hujus uxoris Herodiadis amore captus (qua erat Aristoboli H communis fratris filia, & Agrippæ majoris foror) ausus est de impetrando ejus conjugio mentionem facere. Qua assentiente, convenit inter eos, ut quam primum ille Roma revertetur in patriam, mulier migraret in ejus domicilium. Intercessit autem & hoc pactum, ut Aretæ filiam eiceret. Roma reversum uxor, comperito quid pactus sit cum Herodiade, dissimulante rogat, ut se mitat Macharunte, castrum situm in confinis regionis Aretæ subditæ, quantum poterat celans suum propositum. Morcem gessit Herodes mulieri, putans eam nihil sensisse. Illa apud Macharunte à profecto patris excepta, deducuntibus Arabibus, magna celeritate pervenit in ades patris: eique indicavit Herodes animum. Unde simulatè nata sequuta est de Gamaliciæ agri finibus contentio: & contractis utrimque copis bellum per legatos gestum est, commissoque prælio Herodes exercitus intereptione petiit, proditus à quibusdam exilibus. *Joseph. l. 18. cap. 7. Antig.*

Cum Pexedorus Carie satrapa, necessitudinis vinculo se in Philippi societatem infinuans, cuperet filiam suâ stirpis maximam

mam Arizdo Philippi filio despondere, atque Aristocritum hac de re in Macedoniam miserit: sermone agitati, & calumniam sunt apud Alexandrum ab amicis, & matre Olympiade, id agere Philippum, ut splendidis nuptiis, & in insignibus subfidis imponeret regno Arizdum. Hinc commotus Alexander, thesalum tragediarum histrionem in Cariam legat ad agendum cum Pexodoro, ut misso adulterino, & mentis impote, traduceret ad Alexandrum affinitatem: quæ conditio longè magis Pexodoro, quam prior arrisit. Id Philippus cum olfecisset, Alexandrum in cubiculo, adhibito uno ex amicis, & familiaribus ejus Philota Parmenionis filio, graviter increpavit, & amarè oburgavit, ut degenerem, & ipse, quæ eum manebat, indignum, qui hominis Caris, & Regi servientis Barbari ambitet gener fieri. thesalum autem scripsit Corinthiis, ut vinculum ad se mitterent. Ex cæteris verò amicis ejus Hiapalum, Nearchum, Phrygium insuper, & Ptolemæum ex Macedonia relegavit: quos reduxit deinceps Alexander, atque in summo honore habuit. *Plut. in Alex.*

ACCUSATIONE FALSA.

Antipater Herodis F. fratres suos Aristobulum, & Alexandrum, ex Mariamne (quam Herodes interfecerat) susceptos, clandestinis conviciis apud patrem, & præfens, & Romæ abfens criminari non desistit, tanquam vitæ, & regno illius iniuriarentur: ita ut tandem juvenes innocentes securi à patre percussu fuerint, ipsi in regno successerint. *Josephus l. 10.*

EXHEREDATIONE.

Olympionices quidam facie propter vulnera defædata, à Fratre hereditate excussus est, quasi peregrinus esset. *Consule Tit. Defermum, ex l. 2. Epigr. Græcorum.*
Pompejus Rheginus à Fratre perfide exheredatus. *¶ Vide Tit. Fidei erga fratres.*

PERFIDI ERGA CONSANGUINEOS Quoslibet alios. Videlicet.

ERGA PATRUES, AVUNCULOS, AMITAS, PATERFIDIOS, NEPOTES.

Ochus Artaxerxes Persarum Rex patrum cum centum, & amplius filiis, ac nepotibus, vacua area desitutum, jaculis confixit, nulla injuria læcessit, sed quod in his maximam apud Persas probitas, & fortitudinis laudem consistere videbat. *Val. Max. l. 9. cap. 2.*

M. Antonius Triumvir avunculum dedit, ut interficeret Ciceronem, rem per se execrabilem, atque immanem, ut vix in eo ignoscas Antonio, si salutis avunculi Ciceronis cædes merces fuisset. *Plut. in Tit.*

Cajus Caligula veneno Tiberium patrum aggressus est, ut quidam opinantur: spirantique adhuc detrahi annulum, & quoniam suspitionem retinens dabat, pulvinum iussit iniici: atque etiam fauces manu sua oppressit: liberto, qui ob atrocitatem facinoris exclamaverat, concessit in crucem acto. Nec abhorret à veritate, cum sint quidam auctores, ipsum postea, etsi non de perfecto, at certe de cogitato quondam parricidio profectum. Gloriantur enim esse assidue, in commemoranda sua pietate, ad ulciscendam necem matris, & fratrum, introisse fidei correptum, abjecto ferro recessisse: nec illum, D. quoniam sensit, aut inquirere quicquam, aut exequi autem. *Suetonius* Tiberio succedens, fratrem Tiberium Gemellum Tiberi ex Druso F. nepotem fuisse, quævis Tiberius moriens cum summopere ei commendasset. *Josephus lib. 18. cap. 8. Antiq.*

Nero cum amatam ex duritia alvi cubantem visitaret: & illa tractans languinem ejus, ut affollet, jam grandis natu, per blanditias fore dixisset: Simul hanc excepero, mori volo: convertas ad proximos, concessit se positurum velut irridens at, præceptis medicis, ut largius purgarent agram. Nam necdum de sancta bona invasit, suppresso testamento, ne quid abscederet. *Sueton.*

Kadamistis, Pharamanis Hyberia Regi filius (quæ regio his temporibus Georgiana appellatur) sicca cum patre discordia, quod ei nocerem superinduxerat, ad avunculum Mithridatem, Armenia Regem profugit. Ab eo benigne exceptus filia, quoque matrimonio dignus factus, clam Mithridatis populos lubornavit, ac fingens se cum patre in gratiam rediisse, ad eum profectus, omnia, quæ egerat, detexit. Itaque patris ingentibus copiis sub eo prætextu, ut in Albanos arma

moveret: in Armeniam adversus avunculum signa ferri iussit, eumque ab omnibus suis desitutum, in arce Gorneas obfedit. Sed cum non omnia pro voto succederent, nova proditio primam cumulare volens, data fide avunculum ad colloquium traxit. Hic cum gentis more amborum pollices colligandi essent, ut hautum ex eis sanguinem uterque gustaret: is, cui vincendi munus erat inunctum, fingens ad terram funes concidisse, illis Mithridatis pedes implicuit, atque in eum cum uxore, ac liberis cepit: & quoniam, neque ferro, neque veneno eos se lasurum promiserat, culcitrâ oppressos, præclava animæ, misere necavit. *Fulg. l. 9. cap. 6.*

Rodolphi Imp. F. Rodolphus Dux Suenia, Joannem ex Agnete Venceslai Bohemorum Regis F. heredem reliquit. Is ab Alberto I. Imp. patre, tutore, in instinctu nobilitum quorundam, qui pueri stultitia abutebantur, regiones paternas sibi restitui petiit. Cæsar corona ex arboris vicinæ frondibus pueri caput ornans: hac tuam atatem ferta decent, fili, inquit, non scepra. Eo factò magis iratus, cum quibusdam suorum contra patrum conjuravit. Itaque cum Imperator Thernis Helveticis mense Majo Rinsfeldam peteret, & Ursam fluvium ad Vindonissensem trajectum navi superatus esset, Joannes Imp. F. peratorem ponè sequitur, officii causa, expediente interim comitatu in ripa, donec navis rediret. Postquam trajecit, occurrunt Cæsari conjurati. Quibus conspectis, Joannes equo delapsus, freno equum Imp. apprehendit, & nunc vindictæ tempus est, clamat. Accurrunt reliqui, & Albertum in colle, quæ à trajectu ascenditur, occidunt, cum comites ejus transfluvium eadem frustra spectarent, anno Salutis humane MCCCXVIII. Imper. in gremio foris, quod alium legebat, expiravit. Ejus mortem Leopoldus F. crudelissime ultus est, & ex proscriptura, atque damnatorum bonis Agnes filia Alberti, Regina Hungaria, monasterium monialium in Komgsfelden propè Vindonissam veterem edificavit. *Stumpsius in Chronico Helvetia. Crantzius libro 7. Vand. cap. 32.*

Mindacus Lituonorum Dux, à Stroinato fratris filio per insidias dormiens cum filiis interfectus est, & Stroinato dominatu potitus, anno MCLXXIV. Capta Orfomia arce, mares puberes trucidavit, impuberes cremavit, feminas cum cætera præda captivas abduxit. Sed citò scelus suum poenas dedit. Nam & à Volfaco Mediaci interfecit filio superflite, qui monastica vite institutum apud Russos professus erat, & à Theophilo ejusdem Mindaci consobrina, venationi vacans captus, excruciat, atque necatus est. *Cramerius libro 9.*

Livetotus Firmianus patrum suum Joannem Frangianum trucidavit. *¶ Vide Titulum, Regna ambitiosè suscipere, ambire.*

ERGA NEPOTES PERFIDI PATRI, AVUNCULI.

Danaus, & Aegyptus fratres, Beli filii. Puerunt Danao quinquaginta filia, filii totidem Aegypto erant. Cum autem accepisset oraculo Danaus, quod manu nepotis occideretur, nefciretque ex tam ingenti multitudine, cujus suspectas haberet manus: contigit, ut jam pubescentibus utriusque filii, peteret Aegyptus, ut Danai filia omnes filii suis jungerentur conjugio. Quod Danaus excogitato facinore pessimo concessit ultro: deponatitque filiabus nepotibus, cum nuptiale sacrum pararetur, eas omnes monuit, ut si saltem suam vellent, unaqueque virum suum nocte prima, dum vino, epulisque maderentem, somnoque ligatum gravi cognosceret, terro perimeret. Quæ omnes cultris clam cubiculos filii illatis, crapula oppressos juvenes, iussu interfecere parentis. Hypermetra sola abstulit: ceperat etenim jam virum suum Linum nomine (ut moris est puellarum) evestigio diligere: quomobrem illi suavit fugam. Tandem Danaus Lino occisus occubuit, & pro eo Linus regnavit Argis, educatamque è carcere Hypermetram, regi lociam fecit. *Guido Bivaricenfis.*

Tydeus Oenei filius, Alcathoum, & Lycetheum nepotes apud Calydonem interfecit, ac demum Argos profugit. Mamerthes Corinthius, filios fratris sui Siphonius regnandi libidine interfecit, maximo suo malo. Nam ubi Siphoniam fecerat, interfecit, eum membratim discepit. *Ovid. in Ibis.*

Ptolemæus Ceraunus, Macedonia Rex, Afrinoc forori suæ insidiatus, filios, quos ex Lysimacho enixa erat, tollere, ipsamque Cassandria urbem occupare studebat. Nuptia igitur fororis post longas preces impetrans, ipsi diademam imponit, & re-

& reginam appellat. Soror verbis fratris fidens, diem festum urbi in fratris, & mariti adventum induxit, & Lysimachum, ac Philippum filios connotos vitrico obviam ire iussit. Eos Ptolemæus primium complexus, diu oculis fatigavit: mox urbem ingressus, arcem illico occupari iussit, puerosque interfecit. Qui cum ad matrem visis percussoribus confugissent, in ejus gremio, & complexu obrucati sunt. *Sab. lib. 2. En. 4.*

Amullus stabilendi regni causa nepotem Laufum interfecit, nepem Rheam Sylviam Vestalem cepit. *¶ Vide Tit. Regnandi libido ambitiosa.*

Tiberius Cæsar cum ex Germanico tres nepotes, Neronem, & Drufum, & Cajum, ex Druso unum Tiberium haberet: desitutus morte liberorum, maximos natu de Germanici filii Neronem, & Drufum, P. C. commendavit: diemque utriusque tyrocinii, congiario plebi dato, celebravit. Sed ut competat in eunte anno, pro eorum quoque salute publice vota suscepta: egit cum Senatu, non debere talia præmia tribui, nisi expertis, & atate provectis: atque ex eo patrefacta interiore animi sui nota, omnium criminationibus obnoxios reddidit: variisque fraude inductus, ut & concitarentur ad convicia, & concitati perderentur, accusavit per litteras, amarissime congestis etiam probis: & judicavit hostes fame necavit, Neronem in insula Pontia, Drufum in ima parte palatii. Putant Neronem ad voluntariam mortem coactum, cum ei carnis, quasi ex Senatus auctoritate missus, laqueos, & uncas ostentaret: Druso unum adeo alimenta subdunda, ut tomentum è culcitra tentaverit mandere: amborum fide reliquias disperdit, ut vix quandoque colligi possent. *Sueton.*

Sex Aurelius scribit, Aurelianum Imp. fororis suæ filium interfecisse.

Childbertus Clodovei I. F. fratris sui Clodomiri filios, pupillos, & clientes suos, ad se venire iussos, interfecit, ut eorum patrimonio potiretur. *Ravennus.*

Egebertus Sigeberci F. Rex Anglorum, fratris filios (quos patre mortuo educabat) impuberes occidit. *Volat.*

Sandius Alfonsi Regis Castellonensis F. perfidus in nepotes ex fratre Alphonsi. Item Saphadinus patrum perfidus. *¶ Vide Tit. Regna ambitiosè suscipere, ambire.*

Paulus Fulgosi, Cardinalis Genensis, cum opera Joan. Baptista Campofolosi Ducis, sui ex fratre nepotis Cardinalatum accepisset, eidem prodicione, ac scelere in patria principatum ademit. *Ful. l. 9. cap. 6.*

Occiso à conjuratis Mediolani Galeacio Sforcia principe, Ludovico Galeacii frater, Joan. Galeacio nepote adhuc puero, Imperio præerat: an. MCCCXIV. Is multis antè annis animo agitantibus maxime consiliis imperium adsequeretur. Cicchum Simonetum virum gravem, & pro puero rem Mediolanensem sinceræ fide administrantem, falsis objectis criminibus, capitali supplicio affectit: Mediolani opportunisque aliis in locis veteres, ac puero fidos custodes arcibus ejecit: præfecit copias, atque urbibus novos homines: & quos ceptis suis oblatè videbat, variis circumventos artibus oppressit. Eo modo ad imperii procurationem evectus, cum Veneti caterorum Italia Principum armis Ferrariensis, & Brixianæ premerentur, primum à federatis desivit, & pace ad Balneolum oppidum firmata exploratè victoria cursum interrupit, scilicet ut Veneti hostes immortali beneficio sibi obstringerentur, quorum ope, atque auxiliis Mediolanensem Imperium, amoto fratris filio, se adepturum confidebat. *Jovius l. 1. Hist.*

ERGA PATRUELES, CONSOBRINOS P E R F I D I.

Jugurtha, Manastabilis filius notus, Adherbalem, & Hiempsalem, Micipse parvum filii nosus interfecit, ut solus Numidus imperaret. *Salustius.*

Domitianus Imp. Flavium Clementem patruclum suum contemptissimè invidiæ, cujus filios etiamnum parvulos successores palam desinaverat: & abolito priore nomine, alterum Vespasianum appellari iussit, alterum Domitianum: repente ex tenuissima suspitione tantum non ipso ejus consulatu interemit. Quo factò maxime maturavit sibi exitum. *Sueton.*

PERFIDI ERGA AFFINES QUOSLIBET. SOCIERI, VEL SOCIUS PERFIDI ERGA GENEROS, NURUS.

Saul Rex Michol filiam suam Davidi uxorem dederat ea-

que maritum unice diligebat. Postquam verò gloriæ David Saul invidere, & vite illius insidiam cepit, filiam quoque David suam, Davide exulante, Phalti Lais F. Gallimem locavit. David exul hac injuria affectus, duas alias duxit, Achinoam Jezrael, & Abigail Nabal viduam. *1. Reg. 25.*

Paryatis Artaxerxis Regis mater, cum ob Cyrum F. interfecit in prælio plurimum doleret, & odium jam inveteratum, atque æmulationem concepisset in Statiram Artaxerxis uxorem, instruxit ei insidias, de summa, uti arbitrabatur, aleam faciens. Ancillam habebat fidem, quæ plurimum apud ipsam poterat, Gigim dictam, quam admittitram veneni Dion tradidit fuisse, consciam modo invitam Cefias. Illum, qui venenum dedit, hic Belitarum appellat, ille Melantum. Insultantes autem ex superioribus suspitionibus, ac similitate congreddi denuo, & unâ cenare, cum metu tamen, & cautione isdem epulis, atque ab isdem utebantur paratis. Nascitur apud Perlas exigua avis, quæ omni caret excremento, habetque intestina omnia adipe differta: unde vento arbitrantur, & rore hoc animal vivere: Ryntaces dicitur. Hanc autem Cefias cultello, quem altero latere ille verat toxicò, diffecit: Parytatem, atque infecit alteram partem veneno: partem sinceram, & puram oringestam ipsam mandisse, Statire verò F. dedisse virulentam. Dion non Parytatem, sed Melantum medicatas carnes fecisse cultro, & Statira appofuisse. Ceterum animam igitur magnis cum cruciatibus, & doloribus ageret mulier, & ipsa olfecit maleficium, & suspitionem Regi adversus matrem attulit feritatem illius, & animum implacibilem cognoscens. *Plut. in Artaxerxe.*

Ptolemæus Rex Aegypti, hospiti prætextu urbes Alexandri generi occupavit. *1. Machab. 11.*

Ptolemæus Auletes à Romanis regno Aegypti donatus, quo propter flagitia ejectus fuerat, Archelai Cappadocia Regis filium, filia suæ Cleopatras maritum (quem Aegyptii Regem sibi delegerant) unâ cum forore interfecit. *Strabo l. 17.*

Arius Aper Numerianum Augustum, cujus præfectus, prator, & fœcer erat, propter oculorum adversam valetudinem lectica unentem, bello Persico occultè necari iussit: neque ante detecta fraus fuit, quam causa lectica patrefcens cadaveris fœctorem emisit. *Quintilianus, & Sigon. l. 1. Imp. occid.*

Maximianus Imp. perfidus erga generum Constantinum G. Magnum. *¶ Vide Tit. Regna ambitiosè suscipere, ambire.*

Herodianus scribit, Mammæam matrem filio Alexandro in patrimonio puellam patricii generi dedisse, marito caram, gratamque imprimis. At cum ipsa tantum vocari Augusta vellet, eamque appellationem puella invideret, eo contumeliarum provecta est, ut puella pater, quoniam magne auctoritatis, ad Alexandrum generum, impatiens Mammææ injuriarum, quas ipsa, nataque inferebat, confugerit in castra; gratiam se habere Alexandro dictans habiti sibi honoris: cæterum Mammæam accusans, nihil non contumelie infertentem. Qua re indignata mulier interfici cum iussit: puellam verò ædibus Imperatoris exactam, in Aphricam relegavit. *Culps. A. D.*

Justinianus II. Imp. à Leontio pulsus, & Cherfonum relegatus, quia res novas moliri ceperat, nisi fuga esset clapsus, ad supplicium ab Apimaro, qui Leontium dejecerat, fuisset delatus. Sed ad Avars delatus, à Cajano ejus gentis Rege honestè habitus, in generum est adfcitus ducta Theodora ejus forore in uxorem. Fretus affinitate, & Regio hospitio per annum apud Avars mansit, donec Barbarus Rex ad Apimaro pecunia corruptus, illum tradere promisit, hospitem, & generum suum. Sed fugam præoccupavit, fœtus præfentens, à Theodota, quæ per seruum insidias suo marito locari intellexit, eumque admonuit, ut percussoribus duos ad se venientes, fœorsum utrumque vocaret, & fracta gula ambos interimeret. Quo factò, uxorem relinquens, ad mare profectus est, ac se imminenti periculo ita subtraxit, & à Trebellio (ad quem fugit) Bergarorum Rege susceptus, armisque protectus, ac in patriam reductus est. *Culpsianus A. D.*

Ofia Merciorum Rex Ethelbertum generum per sicarios jugulat. *¶ Vide Tit. Regna ambitiosè suscipere, ambire.*

Guidonis Rupes Sequanum frenat, opportuna rebus in Normannia gerendis Guido eam obtinere, Ludovico Crafo Francorum Regi fidus. Ejus Socer tanta in Francorabie Henrico Regi Anglorum cupiebat, ut nihil tale metuentem generum intromissum interemit: Rupemque cum suis occupavit. Finitimi nullum facinus atrox in hunc hominem rati, cum magna pars data fide eum elucissent ad colloquium, ipsi manu

manu sua non violarunt, sed trucidandum reliquerunt, quos A fuorum ad id inpuratos reliquerant. Corpora quoque & ejus, & comitum lacera, erantibusque imposita, secundo flumine demiserunt: ut Rotomagensis, ac quicunque Anglorum studiosi Sequanam accolunt, spectaculo forent. *Emil. l. 5.*

GENERI, VEL NURUS PERFIDI ERGA SOCEROS, SOCERUS.

Ixion Phlegia filius, ut sensit Euripides (ut *Aeschilus* Antionis, ut *Pherecydes*, *Pisones*, & *Aethonis*: ut alii, *Martis*, & *Phidices*) Diam filiam Einei, vel *Dejonei*, vel *Hesionei*, uxorem duxit. Cum pollicitus esset se multa munera focerum daturum, & ad illa accipienda venisset *Dejoneus*, cum Ixion in foveam carbonariam, quam tenuissimis tabulatis superius intraverat, detruxit (*Diodorus* Hesioneum equos illi cepisse scribit, cum videret illum pactis non stare.) Ob eam eadem furore correptus, cum nullum vel deorum, vel hominum reperiret, à quo expiaretur, quia primus ausus esset in affinitate conjunctum manus inferre: Jupiter ejus misericordia capus illum expiavit, & in caelum acceptum à feretris constituit. Ibi Junoni stuprum inferre conatus est.

B Quod cum illa Jovi significasset, nubem Junonis forma Ixionis obiecit. Cum quo congressus, Centauros suscepit. Ob id facinus cum glorietur Ixion, è caelo ad infernos dejectus rota ferrea alligatur, circa quam angues complures volvebantur, perpetuo rota motu agitur. *Virgil. l. 1. Georg. Natalis Comes Mythol. l. 6. c. 16.*

Ochus, cognomine *Artaxerxes*, Ocham fororem, atque eandem Socrum vivam desodit. *Val. lib. 9. c. 2.*
Prolemas Abubi *Flora Hierichuntia* praefectus, cum *Simonis Ducis*, & *Pontificis* Judaeorum gener esset, imperandi cupidine inflammatus focerum blandè in castello *Doco* excipiens, eum in convivio cum duobus filiis natu majoribus *Matathia*, & *Juda* interfecit, uxorem ejus miris modis exarnificavit, Hyrcanum etiam natu minimum infidius circumvenire, sed frustra conatus fuit. Ab eo enim pulsus est, & principatu exutus. *1. Machab. l. 6. c. 15. & Josephus l. 13. c. 15.*

Herodes Judaeorum Rex, à *Luce* Caesare post victoriam Aethiam magnum sibi periculum imminere videns, quoniam *M. Antonii* partes secutus fuisset, eumque pecunia, & comatu juvasset, videns praeter Hyrcanum focerum suum neminem superesse regi generis, statuit eum è medio tollere: five evasurus esset periculum: tutius ratus neminem extare dignem Imperio: five opprimendus esset à *Caesare*, successione illi invidens. Itaque falsis in eum criminibus confectis, tanquam rebus novis studeret, & regnum ambiret, & ad *Malchum* Regem Arabum transfugere cogitaret, virum opt. & de se bene meritum jam octogenerium interfecit. *Joseph. lib. 15. c. 9.*

Amphitryon gener *Cranai Atheniensium* Regis, focerum regno expulit. *Pausan. in Attici.*

Leonidas Cleonymi *F. grandis* admodum natu successit Aeo in regno *Lacedaemoniorum*, cum quo graves inimicitias *Lyfander*, *Lyfandri F. Aristocratis* nepos, exercuit. Namque *Cleombrotus* *Leonidae* generum, in familiaritate allectum, subornat, ut & aliorum criminum focerum regem faciat, & imprimis quod pater *Cleonymo* patri (irato *Spartanis*, quod in responso prelatu fuisset *Acrotatus* fratris *Arel F.*) jurjurando promiserat, qui *Spartam* deleteret, se consilia intueretur. Cum igitur regno *F. Leonidas* abdicare coactus esset, in ejus locum *Cleombrotus* invasit. *Pausanias in Laconici.*

Ptolemaei crudelitatem erga focrum. *Pete ex Tit. Tolerantia Ethica tormentorum.*

Seleucus Rex, *Demetrio Peliorcete* à se capto, quanquam focero, petenti tamen *Tyrum*, *Sydonemque*, in quibus agere vitam posset, cum ipse ab *Indo* mari ad *Syriam* littora cuncta teneret, dare omnino recusavit: idcirco inops animi, & supra quam dici potest à misericordia alienus fuit, ut maximo Regi, angentibus fortunae malis prostrato focero, denique intra latissimum regni sui fines, vix angulum hospitium concesserit. *Pontanus de Liberal. c. 16. ex Plut. Demetrio.*

Radamistis Pharaonis *Hyberiae* Regis *F. erga* focrum suum *Mithridatam Armeniae* Regem perfidus. *Antonius* similiter *Caracalla Imp.* erga focrum *Artabanum Parthorum* Regem. *Virg. Tit. Vita aliorum astitit infidians extra judicium.*

Jugurtha à *Cecilio Metello* *Cof.* mox à *C. Mario* victus, ad *Bocchum* generum suum, Regem *Mauritaniam* confugit. *Boc-*

chus jam pridem focerum perosus erat, & timebat Jugurtham.

Tunc fracto, & ad ipsum confugiens infidias struens, ac civit. *L. Syllam* *Marii* quaestorem: quo per illum potius, quam per se corriperetur, tradereturque *Jugurtha*. Re cum *Mario* communicata, praesidium habens paucorum militum maximum subit periculum: quod, dum *Barbaro* necessarius suis conjunctissimis infido confidit, ut alium acciperet, in manus ejus commississet se. Verum habens *Bocchus* utrumque in arbitrio suo, cum se in eam necessitudinem demississet, fidem ut violaret in altero, post multos animi aestus, tandem primam proditionem comprobavit, tradiditque *Sylla* *Jugurtham*. Haec prima extitit atrocissimi illius, & gravissimi belli civilis quod penè imperium Romanum evertit, sementis. Quippe complures invidia *Marii* adscribebant eam rem *Syllae*. Atque ipsa sigillum habebat, in quo *Bocchus* erat, *Jugurtham ei tradat*, insculptus: quo sigillo usuf esse perpetuo. *Plut. in Mario, & Sylla.*

Mammae mater *Alexandri Imp.* erga nurum perfida. *Vide Tit. Emulationes ambiciose ob Imperii Infamia.*

Ricimer Suevus natione, magister militum à *Valentiniano III. Imp.* in locum *Etii Alani* successit, *Avitum* *Avernum*, qui purpuram sumperat, officii causa *Placidia* convenit, & tumultu concitato se Imperio abdicare cogit. *Patricius* inde dignitate à *Leone Augusto* exornatus, *Majoriani* (quem *Leo Occidentis* Imp. designarat) filia in uxorem ducta, focerum nihil tale expectantem *Dertonha* occidit, & Severum *Patricium* *Augustum* dixit: quem non multo post veneno sustulit. Suffectus à *Leone* *Anthemius*, *Ricimeris* potentiam veritus, eundem filia in matrimonium data sibi conciliavit. Ceterum perfidus homo levi de causa focerum *Romae* obsessum, urbe capta, miserè quae directa in potestatem redactum interfecit: nec multo post *Levii* corporis dolorem extinctus est: qui tanquam alter *Stilico* post *Valentinianum* obitum propè in *Rep.* imperavit, in hoc etiam *Stilicium* felicior, quod non plures Imperatores creavit, quam sustulit. *Signonius l. 14. Imp. occid.*

Hengistus Saxo à *Vortigero* Rege *Britannorum* in auxilium accitus, re contra *Scotos*, atque *Pictos* praclare gesta fedes in Cantio habitandas accepit, *Roxianam* filiam *Regi* temelento despondit, uxore priore repudiata. Sed imperio inhians, nobilitatem *Britannam* ex infidiis trucidavit, generum in extremam *Valiam* ablegavit, insulae Imperium occupavit. *G. Beda, Polydorus, Boetius lib. 8.*

Dravonica Bohemorum regina, *Ludmillam* Socrum, religionis observantissimam interfecit. *Epistodem* suum *Boleslaus* filius *Venceslaus* fratrem jam interfecerat. *Volat. & Aeneas Syl. in Bohemia.*

Albertus Eporegia civitatis *Marchio*, perfidus in focrum *Berengarium*. *Vide Tit. Vita in deterius mutata.*

Rodolfum *Erlacensem* equitem, cupus in *Loupenfi* pugna contra *Austriacos* mirifica exitu virtus, *Gener* ejus, incertum, qua similitate oborta, in arce *Richenbach* incautum adortus, mox ipsius gladio in pariete pendente obruncavit. *Ann. M.CCLX. Stambius.*

Convenerat *Maximilianus I.* cum *Britanniae* Duce *Francisco*, ut unicam ejus filiam cum dote acciperet opulenta: nam *Ducatus* ille dos erat unica proli. *Misit* *Rex* solennes ad contrahendum absens de praesenti matrimonium ratores, sufficienti mandato instructos. Interim *Franciscus* Dux in fata concessit. *Romanorum* Regis oratores puellam deposcent, provinciam committentes gubernandum, quibus cum *Dux* moriens permisit, donec veniens *Rex* cuncta propius inspicere. *Securum* iter ab *Rege* *Francorum* *Carolo IX.* deposcent: non negatur. Cum puella, & honesto comitatu iter per *Franciam* instituerent. Jam pervenerunt in locum, qui *Franciae* Regi ad institutum suum visus est idoneus. *Aderat* *Rex* ipse cum aliquot proceribus, puellam sibi filii jubet, dignanter venientem honorat. Tum inscitatur ex *Britonibus*, qui è *Provincia* illam deduxerant, si omnia legitima, quae ad desponationem puellae pertinerent, ex persona *Rom.* Regis essent impleta. Illi respondent, voluntate mortui *Ducis* patris esse additum *Roman. Regi*, caetera se ignorare: ad hoc se esse, ut sponfam regi sponso deducant. *Mis* *Rex* communicato cum suis consilio, jussit responderi missis à *Rege* *Rom.* ire liceat, quò velint: puellam nulli nuptam, nec per verba de praesenti cuiquam devinctam, suo thoro aservare. Ibi volentem, nolentem, incertum, puellam dominab. de suo regno permittit, ut inclinet ad regis assensum: & mox thoro suo impolitum habuit.

habuit pro conjugè, omnibus de more impletis: remittique A *Maximiliano* *Margaritam* filiam, sepe & multum repetitam, quam in ipso nuptiarum jam inde à morte *Marie* *Burgundae* uxoris *Maximiliani* ad se receperat. *Crantzius l. 13. cap. 15. Saxoniae.*

SORORII PERFIDI.

Polymnestor *Rex* *Thraciae* *Polydorum* *Priami* foceri sui filium jugulavit. *Virg. lib. 3. Aeneid. & Eurip. in Hecuba.*

Pygmalion *Rex* *Tyri*, *Sichæum* fororis *Didonis* maritum, agris inter *Phoenicias* distillum interfecit, ut mortui divitias arripere. *Virg. lib. 1. Aeneidos.*

ille *Sichæum* *Inipius* ante aras, atque auri cæcus amore, *Clam ferro incautum superat, securus amorum Germane*

Armeniorum *Regis* *Filius*, cum filio *Gobryæ* principis viri, fororis nuptias propediem adituro, venatum profectus, juvenili ardore de praesentia jaculandi, venandique contentere cepit. Mox ubi urfa confecta uterque cum impetu in eam proruit, regius quidem juvenis aberravit, *Gobryæ* vero filium eam confecit. Et tum quidem iram rex distulavit. Postquam verò leonem quoque, qui se obtulerat, *Gobryæ* filium pari dexteritate prostravit: tum rex per invidia distumpens, furore amens, creptum speculatori telum in *Gobryæ* filium contorsit, & per medium pectus adegit. Eam injuriam adeo graviter tulit *Gobryas*, ut cum patri filius in Regno successisset, ab eo ad *Cyrum* defecere, atque adeo non parum momenti ad evertendum *Armeniorum* regnum contulerit. *Xenophon. lib. 4. Pedia.*

Valante *Campano* *Annibale*, *L. Imbricus* filium *Ruficum* cum magno auri pondere *Valerio* *Bello* genero suo servandam commisit, quem is obruncavit, ut auro potiretur. *Plut. Castina* *Catulum*, fororis *f. maritum*, & equitem *Romanum*, partium nullarum, tantumque quieti studentem, jussu *Syllae* interfecit. *Africanus* *Pedianus.*

PERFIDI ERGA HOSTES, PUBLICE,

PRIVATIM.

Perfidiam occultam ad *Astucie* *Trojanos*, *Jusjurandum* hosti datum eludendo, callidè interpretari, retulimus, propter dolorem hic transferri potest causa *Perfidiae*. *Exempla* quaedam ex *Tit. Vindicta* a nimie erga hostes, petantur.

INSIDIIS VITAE.

Græcis *Trojam* obsidentibus, *Alexander* cum *Menelao* singulari certamine pro *Helena* dimicans, juculosis ceciderat. *Menelam* educto gladio appropriantem *Pandarus* *Lyciorum* *Dux* sagitta vulneravit, & fœdera turbavit, à *Diomede* paulo post interfecit. *Ditysis l. 2.*

Post multas res ad *Trojam* praclare gestas, quas *Homerus* recensuit, *Achilles* *Polyxena* *Priami* filiam amore capus significavit *Priamo* per nuncios, se pro *Troja* pugnatum, si sibi puella concederetur. Tum *Priamus* eam se daturum pollicitus est. Cum illa de causa in templum *Tymbrae* *Apollinis* convenissent, *Paris* clam ex insidiis illum sagitta transfixit. Ejus corpus non prius deditum est *Græcis*, quam recipient illa ipsa munera, quo pro redimendo *Heclore* data fuerant. Propter hujus mortem dicta sunt *Muse*, & *Nymphæ* omnes *Heruse*, teste *Lycophrone* in *Alexandro*. *Natalis Comes Mythol. lib. 9. cap. 12.*

D *Eratin* praesidiis *Mithridatis* *Dardariorum* dynastes *Olthacus* (est autem *Dardariorum* gens ex barbaris illis, qui *Macedoniam* paludem accolunt) omnibus vir in bellicis factis insigniter manu promptus, & audax, & consilio cumprimis bonus, in consuetudine praeterea civilis, & obsequiosus. Hic quod semper cum aliquo popularium suorum dynastarum certamen, & amulationem de primis haberet, recepit *Mithridatis* ingens factum, *Lucullum* se interfecit. eo ex *Compositus* ab *Rege*, atque in speciem iræ probris ab *Lucullum*, à quo est receptus benigne, quod magni nominis in castris ejus esset. Ac citò usu comprobati sagacitatem, observantiamque magni fecit, ut adhiberet subinde eum mensè, & in consilio. Ubi *Dardario* res matura visa esset, justipueris suis, ut equum producerent extra vallum. Tum perrexit militibus meridianibus, & quiescentibus ad praetorium, neminem ratus prohibuit ingressu fuisse, qui familiaris esset *Imperatoris*, ac de gravi agere diceret velle se cum *Imperatore*. Et ingressus libere erat: nisi, qui multos perdidit *Duces*, *Lucullum* servasset *Tomus*. Nam *Tomus* operam da-

bat, & *Menedemus* à cubiculo, ad limina stans intempestivè ait *Olthacum* venire, modò *Lucullum* quiete ex longis vigiliis, & tantis occupationibus tractasse, qui cum iustus non discederet, sed invito eo ostenderet se ingressurum, ac rem delaturum ad eum necessarium, & magnam: ibi stomachabundus *Menedemus* nihil tanti esse ait, ac *Luculli* saltem, hominemque ambabus manibus repulit. Quare metuens ille subduxit se ex castris, atque consento equo in castra *Mithridatis* re infecta profugit. *Plut. in Luculli vita.*

Viriani caedes duplicem perfidiae accusationem recepit in amicis, quod eorum manibus interemptus est: in *Q. Scervilio* *Cepione* consule, quòd is scelus hujus auctor, impunitate promissa, fuit, victoriamque non meruit, sed emit. *Val. lib. 9. cap. 6.*

Ragnares *Brito* natione, *Gothorum* post *Tejam* *Regem* à *Narfete* caelum *Dux* *Castini* obsessus à *Narfete* postulavit, ut sibi colloqui copiam faceret, quòd semet ei dedere statuisset. Qua facta, cum verba superbia, atque arrogantia plena jactaret, dignus, qui irritò colloquio dimitteretur, est visus. Caeterum cum in colle non regressus non longè à muris abesset, sagittam clam in *Narfetem* occidendi hominis gratia jecit, que quamquam irrita cecidit, plurimum tamen periculi fecum attulit. Quam ob causam *Romani* iracundia inflammati properè, arcus omnes intenderunt, ac sagittis in eum certatim contortis, ipsum lethali vulnere affecerunt: ex quo relatus in oppidum post biduum mortuus est. Illo *Duce* extincto, *Gothi* viribus suis diffisi, nuncios ad *Narfetem* missi, pacta salute, ejus fidei permiserunt. *Sig. l. 20. Imp. oec.*

INDUCIIS.

Bellicossissimi *Indi* militabant mercede, hi urbes strenuè defendebant, multisque modis *Alexandrum* magnum fatigabant. Cum his inducias in oppido quodam fecit, mox recipientes se in itinere oppressit, que rebus illius bello gestis justè aliàs, & regulariter bellantis quasi labes adhaesit. *Plutarchus in Alexandri vita.*

Cleomenes *Spartanus* *Argivos* induciarum fiducia confopitos noctu invastit, aliosque contrucidavit, alios duxit captivos. *Herod. & Plut.*

Theodeticus *Ostrogothorum* *Rex*, cum *Odoacrum* *Heraclorum* *Regem* *Ravennae* obsideret, & factis induciis, armis agendi jus suspensum esset, ut de invenianda pace ageretur, nulla *Odoacri* horrea, contra induciarum fidem, incendit: nec multo post infidiosa iniita pace, qua *Italicum* regnum utrique commune fiebat, *Ravennam* ingressus, *Odoacrum* occidit, atque *Italia* *Herulos* expulit. *Pal. l. 9. cap. 6.*

Belfarius, *Dux* *Judaniæ* *Magni* *Imp.* cum *Gothi*, qui in *Portuensi* praedio constituti fuerant, se ad *Vitigem* *Regem* fiducia induciarum trimestrium contulissent, astutè locum illum occupavit: urbem maritimam *Centumcellas*, civitatemque *Albanam* inerecepit, & communivit. Praeterea quae *Gothis* defecerent, effecit, & *Gothorum* simplicitatem irridentis, dicebat se illas *Gothorum* civitates minime occupare potuisse, si milites intra earum moenia resistentes invenisset. Proinde *Gothorum* oratoribus abscedere jussit: Redite, inquit, ad *Regem* vestrum, eique dicite, quia *Gothi* eas urbes pro derelictis habuere, licuisse mihi ipsas etiam tempore induciarum occupare. *Sabellicus.*

Edouardus III. *Anglorum* *Rex*, *Guinas* oppidum non procul à *Caletio* situm, cum arce occupavit proditione praesecti, induciarum tempore. *Joanni* *Regi* *Franco* postea injuriam *H* exposulanti, *Anglus* respondit: De rebus emptione nihil induciarum religione esse exceptum. *Polyd. lib. 9.*

PACIS, FOEDERIS SIMULATIONE.

Apollonius *Thraciae* *F.* capta urbe ab *Antiocho* *Epiphane* *Hierosolymam* missus, pacem simulando, die sabbathi *Judeos* omnes ad spectaculum egresses obruncavit: mox in urbe reliquos interfecit. *2. Machab. 5.*

Græci *Trojanos* simulato fœdere deciperent. *Vide Tit. Prædiores Patriæ.*

Cum octo menses *Perse* *Barcen* urbem obsiderent, & multo utrinque caderent, nec pauciores ex *Perfis*, *Amasis* *Dux* peditarum animadvertens *Barceas* vi non posse superari, latam fossam per noctem depressit, eique fragilia superstravit ligna, & super ea humum induxit, reddens solum caetero aequabile. Simul atque illuxit, *Barceas* in colloquio evocavit: sordus lectum super occultam fossam ferit. Quoad humus ita haberet, tamdiu sedus ratum fore: *Barceis* quod aequum esset se pensu-

penfuros Regi promittentibus, Perfis se nihil rerum novarum adversus Barcos esse molituros. Barci federe freti, ex hostibus cuiusque libebat intrandi urbem facebant potestatem. At Perse recessio ponte occulto, in urbem irruerunt: refracto ponte, non manere fœdus in ea regione amplius interpretantes. Herod. 1.4. Poliemus verò l. hoc stratagemâ tribuit Ariandi.

Cyros fratre interfecto in prælio, Artaxerxes cum Græcis Cyri auxiliariis pacem composuit: his legibus ut tutum illis transitum per regiones concederet, duces itineris ad mare cum foro venali omnium rerum necessariorum exhiberet: mercenarios, qui sub Clearcho Spartano, & Aridaeo Lydo essent, omnes sinerent incolumes, modò ab iniuria illi abstinerent, permeare per regionem. His compositis ad iter continuandum se comparat. Copias rex Babylonem reduxit. At Tisaphernes cognoscens regem in senso animo in Græcos esse, pollicetur se facile cunctos interempturum, si copias sibi tradidisset, pacemque cum Aridaeo clam composuisset, ab eo Græcos omnes per iter proditum iri. Regi consilium placuit, ac fortissimos quosque ex toto exercitu tradidit. Confestim nuncios Tisaphernes ad hostes pro-

petare iussit, qui dicant Clearcho, cæterisque ducibus, ut placeat ad se venire, habere secreta, quæ coram exponi oporteret. Tum duces ferè omnes cum Clearcho securi fraudis accedunt: ducenti milites, qui ad emendos commeatos, & vestigia convehenda ire parabant, duces sequuntur. Tisaphernes Duces intra tentoria sua vocatos, capit, injectis vinculis, decarios foris expectantes obruncat, reliquos eos, qui ad forum venerant milites adorti, cadunt: ex quibus unus elapsus ad castra profugit, perpetratum barbaricis insidiis, & fraude scelus clademque suorum nuncijs. Quo percussis omnes, ad arma consulti, quippe nullo duce, concurrunt. Post ubi cuncta circum diutius quæta, nec ab ullo se infestari vident, curas ad rem consulendam converterunt. Duces ex numero multos deligunt, summam imperii, rerumque omnium deserunt Chiriofilo Lacedæmonio. Igitur rebus compositis agmine ad iter directo, quæ sibi facillimum, tutissimumque cernunt iter, in Paphlagoniam tendunt. A Tisapherne autem vincti Duces ad Artaxerxem mittunt. Ille reliquos omnes iussit necari, Menonem Theflalorum Duces solum dimitti iussit incolumem: quod solus ille seditionibus socios agitare solitus, videretur ad prodendos Græcos idoneus. Tisaphernes copias paratis Græcos consecutus, nec iusta acie collatis signis pugnam committere ausus. Ubi nihil infestando proficere posse videt Tisaphernes, relicta illis, copias in Joniam ducere cœpit. Diod. lib. 14. & Polyem. lib. 7.

Tisaphernes Perfarum Dux. Vide infra Pœna Perfidie.

L. Fimbria, qui Val. Flacco consule occiso, exercitum Romanum in suas pertraxit partes, & contra Mithridatis F. egregie rem gessit, Marii aliqui partibus addictus, Asiam ingressus, multas hostium regiones populatus, illum obfedit. Ilienfes ad L. Syllam Col. miserunt, qui illi urbem decerunt. A quo legati benigne accepti, iussu sunt ad Fimbriam ire, nunciareque Ilienfes in Syllæ potestate esse. Colaudavit eos Fimbria ut focios, & amicos, & quia cognati essent, & progenitores Romanorum, vivere se velle dixit eorum urbem. Cæterum in mensa receptus, ferro in omnem sexum, & ætatem immisso, miserabilem Ilienfium stragem edidit, urbem incendit. Qui auctores fuerant, ut ad Syllam mitteretur, alios aliis cruciatibus affecit, omnia facera, & profana, eade, & rapina violavit, Minervæ templum cum iis, quæ velut in asylo confugerant, concremari iussit. Ædificia publica, & privato solo adæquavit. Atque ita Ilium mille, & quinquaginta annis post excidium, quod fuit Agamemnone, & Græcis accidit, à Romanis est funditus eversum. Sab. 1.3. En. 6.

Antonius Caracalla Artabanum Parthorum regem frequentibus literis, & muneribus pellexit, ut sibi filiam matrimonio locaret: ex ea affinitate futurum prædicans, ut duobus mudi imperiis Parthico, & Romano, federe & necessitudine conjunctus, omnes gentes in terris quietem agerent, ac si quæ minus pacata essent, fore ut non multo post Imperio subigerentur. Abiit primò Artabanus, causatus non licere Romano homini extramurum gentium sectari connubium. Verum studio, & charitate rei uxoria iurejurando Romanum Imp. pollicitus, eo Regem perpulit, ut filiam se locaturum promiserit. Hanc anam ille nactus Artabanum fœcerum, seque generum vocat. Barbari eo connubio læti, tanquam sempiternam

cum Rom. populo pacem habituri, quàm maximo poterant rerum apparatu Romanum venientem expectabant. Ubi igitur appropinquare dictus est, Rex cum magno procerum comitatu extra regionem genero prodit obviam, Parthique cum eo indigenis floribus coronati, auroque, & purpura vestiti, ad libarum, tympanorumque cantum choreas agentes. Romani armis instructi, inermes Parthos ex composito invadunt. Fœda sibi cædes edita, vix Artabanus à suis in equum sublatu celeri fuga servatus est. Ingens hominum multitudo in vestigio cæsa, sed multo major in fuga. Sunt inde Romana arma longè, latèque per Parthicos fines cum vicorum, & villarum incendio, multaque hominum cæde ad libitum evagata, multiplexque præda parta. Sab. 1.5. En. 7. ex Herodoto.

Theodatus Rex Gothorum bello undique pressus, ad Justinianum mittit, pacem petens, eique torum Gallorum, & Italorum Imperium offert. In ea pactione numisma argentum, in cuius latere dextro, D. N. Justinianus P. F. Augustus: in altero, D. N. Theodatus Rex habetur, primitus dicitur cepit. Procopius. Postè verò ex interitu Mundi Ducis Justiniani animatus, fidem fallit: & promissa retractans, armis se rueri conatur: in quibus tamen brevi occumbit, & à F. suis interficitur, postquam regnare coeperat, anno 111. Blondus, & Procopius.

Avares Thraciam invadunt anno Heracii IX. Imperator Persico bello occupatus, pacem à Chajano eorum Duce petebat per legatos. Quam cum spondidisset ille, Heracius urbe ad ipsum egreditur, regio apparat, & muneribus. Verum barbarus ille fidem solvens mutat animum, & multos capit, Imperatore vix effugiente. Anno sequenti iterum ab eodem Imperatore per legatos pacem petit, & sunt mutua fœdera. Ac postè vix Imp. impeditus, in Avares cum Persis vires suas conjungerent, & Constantinopolim assigerent. Paulus Diac. 1. 18. rerum Romanarum.

Belisarius cum Francos Gothorum amicitiam ambientes videret, per legatos fuisse Gothos, ut Græcorum mallent federati esse, quam Francorum. At ubi repudiata Francorum amicitiam intellexit, tum demum fœdus à Justiniano Imp. scriptum, ut in Transpadana Italia Virigi, Caspadana Græcis cederet, irritum facere studuit. Procopius.

Petrus Antiochenfis, Imperator Constantinopolitanus, cum Theodorum Lascarium frustra Dyrrhachii obsidisset, Macedonia urbes mediterraneas invadens desiderio exardescens, soluta obsidione, & accepta à Theodoro fide publica securitate, etiam literis corroborata, terra iter fecit. Ad memoriam Theflalix loca (quæ Tempe vocant) Theodori insidiis captus, in teterrimum esse compectus carcerem, & in vinculis biennio aservatus. Tradunt dehinc Theodorum pacis assilulantem studium, ex hoste factum hospitem Imp. videlicet comier invitatum, medio convivio obruncasse, contra jus hospitalitatis, contra fœdus prius factum, ac literis confirmatum. Cuspinianus. A. D.

Otho Vicecomes, post devictum Napum Turrianus, Mediolanensem principem, pacis inter se & Turrianos, Gulielmo Montiscenaci marchione intercessore in tre conditionibus, quibus Turriani in agro Mediolanensi habitare permittebantur, non diu stetit, & sua sponte, & impulsu clarissimorum civium, qui privato quodam inito federe adversus Turrianos conspirarant. In his fuere Vicecomes ferè omnes Sotefinas, Mandelii, Pusterulæ, atque item Cribelli. Ita Turriani neque reddere reus, neque captivi D. agrî, neque permisso in patriam reditus, neque captivi à Baradello Comensi ac custodia liberati sunt: magna quidem cum Othonis invidia, qui securitatem Imperii, fide, & iurejurando potiorum habuisse dicebatur. Jovius in ejus vita.

Urbis Roma dubiis Gallorum regnum Neapolitanum invadentium armis occupata, Alexander VI. Pp. qui metu ansus, atque incertus consiliis, in Hadriani molem confugerat, oratores de pace Carolum IX. Gallie Regem misit. Qui longo verborum circitu orsi à Carolo Magno, cæterisque Gallorum Regibus, qui insigni pietate rem Pontificiam adversus tyrannorum injurias generose defendissent, monendo, adulandoque pacem impetrarunt: his tamen legibus, quibus eam victis victores dare confueverunt, sic ut compleris, qui Hispani hominis Alexandri ingenium noverant, eam pacem tanquam vi expressam haud multum duraturam diceret, quod Galli aliquanto arrogantius quam deceret, Pontifici præscripsisse viderentur. In eam tamen Pontifex nec ulla quidem conditione rejecta facile concessit: ut qui jam in animum induxerat,

rat, neminem ultra dare fidei religione teneri, qui vi metu, & que subactus iniqua, atque indecota Pontificia majestati spondidisset. Jovius lib. 2.

Carolus V. Francicum Gallie Regem, Ticini captum, dimisit sine conditionibus, ut sex millia pedum, tria equitum, decemque rostratas naves sibi auxiliorum specie daret, quibus auctor, atque validior ad defendendam Augustalis imperii coronam eadem ætate in Italiam transiret, ut stolis compositis ibi reberet, indicioque facto bello, in Turcas Christianorum arma vertentur. Verum Franciscus eo inito federe, celebratissime nuptias cum Heleonora Cæsaris sorore, liberique obfidibus traditis, ubi primum Aquitanie fines atigit, ut jam planè liber, negavit se his conditionem tabulis subscripturum, quod gravissima, quod iniquitate, quod denique ultima carceris necessitate expressa conferentur. Nec multo post cum Clemente, Venetisque ad tuendam Italie libertatem, & Franciscum Sforciam obsidione liberandum, amicitiam fœdusque contra Carolum percussit. Jovius in Pompejo Columna.

COLLOQUII FIDE.

Alexius Angelus Byzantinus Imper. Ibancum rebellem, quem manifesta vi, & aperto Marte superare non poterat, sacrosancto Evangelio misso (per quod solebant jurare) per generum natu majorem Alexium Palæologum ad se pellectum, dato utrinque iurejurando in vincula conjecit: Davidica illi sententia: Cum sancto sanctus, & cum perverlo perverlus eris, abulsi. Nictetas 13. de Imperio Alexii Angeli.

Theodoricus Francorum Rex, post grave bellum inita pace cum Hermenfredo Thuringorum Rege, cum data fide in Tolbia censum arcem acciverit: atque cum in ejus muris ambulo colloqueretur, Theodoricus Hermenfredum, ceu casu impulsum, de muris, ita ut collum frangeret, dejecit, ut quosque ejus infantem necavit. Ful. 1.9. cap. 6.

Cum ab Australianis, mortuo Ulfoaldo, Martinus, & Pippinus fratres patruelis, Duces salutarerent, victi sunt ab Ebroino magistro equitum, in Laudunensium finibus. Martinus evocatus ab Ebroino in colloquium, nullum pignus postulavit, nisi sanctissimi iurejurandi supra Sanctorum corpora concepti. Nec ille conditionem aspernatus, ad conditionem descendere: præs exemptis clam corporibus, adjurat. Se illi minime ositutum: sin fidem falleret, in caput suum detestatus terrores, pernicemque, ac exitium, inferorumque penas, si dicos eludens, hostem inprovvidum excepit, in terremique, donec ab Ermenfredo è Franconia nobilitate etiam ipse occideretur. Amelius lib. 1.

Arnoldus Flandria Comes, in Gulielmum, Longaspatam cognominto, Normannia Ducem, perfidus fuit. Nam cum post longum bellum inter ipsos de pace agi ceptum esset, data ultro, citroque fide, ut tuto in Sequana insula in colloquium descenderent: cum eò, ut constitutum fuerat, ambovenissent, Arnoldus per insidias, operam dedit, ut illic Gulielmus interficeretur. Fulg. 1.9. cap. 6.

Boleslaus III. Rex Bohemorum Mefchomem Regem Polonie simulatione colloqui excolevavit.

Polchunorum familia Valdemarum Sueonem, & Gothorum Regem ob pueritiam spernebat. Birgerus Ostrogothus Dux, Regis pater eos profequi cogitabat. Cum fluvius inter D. utrunque exercitum medius pugnam impediret, Birgerus Folchungos ad se sub spe pacis vocabat. At illi ejus fidem suspectam habentes, persuadere non poterant, ut se ad ejus colloquium conferrent, donec Colo Episcopus Lincopenfis de Birgeri integritate confusus, iusjurandum de eorum salvo accessu, & regressu præstitisset. Sed cum superato ponte in castra Birgeri pervenissent, comprehensi trucidantur. Id Episcopus Colo adeo graviter tulit, ut nunquam deinceps eo ore sanctum Christi corpus consecraret, quo nobiles viri ad interitum deduci fuerant: sed relicta Ecclesie Episcopali, & patriæ, ad Christi sepulchrum profectus, vitam peregrinatione, & exilio finivit. Jo. Magnus lib. 19. cap. 17.

In Franconia arce quadam oppugnabatur Albertus Francorum Comes, Othonis Saxonie Ducis ex filia nepos: petebatur hujus vita in ultionem cædis, fuerat enim Conradus Lud. Imp. filius ab eo interfectus. Cum aperta vi subigi non posset, & fractus caput est. Perdixit illum ad Imperatorem Otho Moguntinus anites, qui sanctissimo iurejurando interposuerat, futurum, ut cum incolumem fidei restitueret. Cæterum ne quando perjurii argui posset, ubi in apertum egressi sunt, au-

ctor fuit Alberto, ut in arcem reverterentur, ac priusquam ad hostem iretur, cibum caperent. Parit Albertus: pransi ambo ire pergunt. Ubi ad hostem ventum est, confectum Albertus raptus est ad supplicium. Implorat ille Othonis fidem, iusjurandum celebrat. Cui Otho: Præstiti, inquit, fidem, cum prandi prætextu te in arcem restitui. Itaque Otho vir multæ alioqui venerationis, tam flagitiosè hospitem perdidit: tanquam parum constare fraude alitringi perjurium, non solvi. Cuspinianus. A. D. Æn. Sylvius in Europa, Sal. lib. 8. En. 10.

Boleslaus Polonorum Princeps, Boleslaus III. Bohemorum Principem ad colloquium blandè invitatum, dataque fide incolumem sese cum ex convivio, quod Cracovia parabat, dimisiturum, integro quidem corpore & vita, sed ad mota oculis ignita lamina excæcaturum, remisit. Dubravius 1.6.

Moliri res novas Ferdinandus Neapolitanus Rex sub Paulo II. Pontifice cavebat, Jacobi Picinini, qui Sulmonem in Marfis, & alia oppida tenebat, potentiam veritus. Eum postè Franciscus Sforcia fœderat ad Regem misit, data fide, eum quoties libuisset, incolumem rediturum. Verum aliter Jacobum quam putarat accidit. Captus enim Neapoli à Ferdinando cum filio, & in carcerem conjectus, non ita multo post vita privatus, figmento adhibito, quod in carcere ipso decidens cres frogisset, dum redeuntes ab Ichia (quam Anariam antiqui vocabant) tritremis Regis de Gallis victrices studiosus F. quam cautius per fenestram inspicit. Eo certè nullus erat in Italia aptior, ad evertendum Ferdinandi Regis imperium.

OBSIDIONE.

Ezechias Judæorum Rex, Domino Deo fretus, ab Assyriorum rege Sennacherib defecit. Eundem tamen cum exercitu venientem metuens, CCC. argenti talenta, & XXX. auri ex Regis, & sacris thesauris ei misit. Sennacherib fide non servata obsidionem nihilominus urgens, divinitus ab Angelo profligatus est. 4. Reg. 18.

IN DEDITIONEM ACCEPTANDO.

Nabuchodonosor Chaldæorum Rex, cum ei se dedisset Joachim Judæorum Rex, ea lege, ut urbi parceret, fidem non servavit, sed urbem compulavit, & tria millia Principum cum Rege captivos abduxit. 4. Reg. 24.

Antiochus Eupator templum Hierosolymitanum obsidens, misso caduceatore pacem Judæ Machabæo, ac cæteris obfessis denunciavit, libertatemque vivendi propius legibus. Illi verò accepta fide exiverunt è templo. At Antiochus cum ingressus vidisset, locum egregiè munitum, violato sacramento iussit suum exercitum, ut solo æquere murum, quo templum sepum fuerat: & hoc factò reversus est Antiochiam, duccens secum Oniam Pontificem, qui Menelaus dicebatur alio nomine. Josephus lib. 12. c. 15. ex Machab. 6.

Parii cum aliquando à Thebanis bello premerentur, petierunt ut à bello desisterent, se civitatem in potestatem illorum tradituros. Hac lege cum desistissent Thebani, & Parisi inter cæca spes auxilii fuisset aliunde offensâ, bellum cum Thebanis integrarunt. Inde factum proverbiale verbum *ἀναπαύειν*, pro irritare pacta, Priorum exemplo. Proverbia meminit, & Stephanus in dictione *παῖος*, referens ex auctore Ephoro, nisi quod in historia variat. Cum enim Milciades vehementer ugeret Parisios, jamque tractari ceptum esset de dedenda urbe, tyrica quedam circa Myconum ultro cœpit ardere. Parii suspicantes quod Datis Regia classis præfectus excitato igni signum ipsis dedisset, recessis conventis noluerunt tradere civitatem. Ad stipulatur Amilius in vita Milciadis. Est autem Paris una ex Cycladibus, quemadmodum, & Myconus. Erasmus in *Adagis*.

Hannibal Carthaginensis, Nucerninos hortatu suo cum bis vestimentis urbem inexpugnabilibus muris cinctam egressos, vapore, & fumo balnearum strangulando, & Aceranorum Senatam eadem ratione extra mœnia evocatum, in profundum puteorum abiiciendo, novum bellum adversus pop. Rom. & Italiam profectus, adversus ipsam fidem acris gessit mendacis, & fallacia quasi præclaris artibus gaudens. Quo venit, ut alioqui insignem nominis sui memoriam relictuus, in dubio, majorne an pejor vir haberi deberet, poneret. Val. lib. 9. cap. 6. Idem Corn. Africam consulem spe pacis vocatum ad colloquium, Punica fraude interfecit.

L. Sylla hostes in fidem receptos ad sex millia trucidat. Vide Tit. Sertorius *bellicæ erga hostes viros*.

Alboinus Longobardorum Rex, triennio obfessam Papiam

pian tandem deditione cepit, incolumitate, & libertate omnia promissa. At postquam portas referat vidit, consilio mutato contra cives barbaras servituras erat, cum repente cum equo ceu sideratus concidit, & vix ad se reversus crudelitatem ceptam revocavit, pactaque servavit. *Bern. Sacus lib. Ticinensis historice.*

Cananus Avarum Rex, Rhomildæ Gifulfi Ducis Foro-Julienfium viduam datam fidem non servavit. *Vide Titul. Amoris furor, per proditorem.*

Cum Mediolanum cum tota ferme Liguria à Gothis defecisset: Vitiges Rex maximas copias in Liguriam misit, & Theodebertus Rex Francorum Burgundiones, qui se sua sponte venisse dicebant, summisit. Ab his omnibus Mediolanum obsideri est ceptum, & comitatus in urbem comportatio impedita. Dum autem Mediolanenses auxilium frustra sibi mitti expectant, interim propter ciborum inopiam, canibus, & muribus, & cæteris obscenis, quæ nunquam esui fuere mortalibus, vescabantur. Quo cognito Urajas legatos ad Mundillam, qui Belisarii nomine urbem tenebat, misit, pollicens omnibus incolumitatem si se dedere vellent. Cuius respondit, se facturum, si eadem civibus quoque impunita foret. Ac militibus ad concionem vocatis ita loquutus est, ut eos ad prælium fortiter capefandum, & mortem pro libertate obeundam adhortaretur. Quam orationem cum miles nemo acciperet, conditionibus, quæ ferbantur, acceptis, deditionem fecerunt, quarum nullam Gothi servarunt. Nam & milites CCC. cum Mundilla præfecto in custodias tradiderunt, & urbem solo æquarunt, & CCC. millia virilis sexus nulla ætatis ratione habita, occiderunt, & feminas servorum loco Burgundionibus donarunt. Reparatum autem, qui fuerat auctor defectionis, minutatim consensum vorandum canibus objecerunt. Burgentium cjuisdam culpæ particeps, cum Venetiam, atque inde in Dalmatiam profugisset, postremo ad Imp. se consulit. *Sig. 118. Imp. occ.*

Bonifacio mortuo Joannes XV. & post quatuor menses Joannes XVI. Pontifices substituti. Crescens rebus diffusus Joannem per affines, & propinquos ejus sibi reconciliavit, & in Urbem ex Tuscia revocatum, ipse cum senatu omnibus honoribus ad pedes ejus provolutus exolvit. Eo mortuo, Otho I. Imp. Brunonem Saxonem principem suum ex Comitatu suo presbyterum Pontificem declaravit, & Romam consecrandum misit, sub Gregorii V. nomine. Mox ubi in Germaniam Otho rediit, Crescens Gregorio defecto Joannem Placentium Episcopum substituit. Othone cum exercitu reverso, Romani summa rerum omnium inopia constituti, Crescens in arcem refugiente, iram in Joannem verterunt: captum scilicet oculis erutis, atque auribus, & naso præcis, affino præpositere impostum, per frequentia Urbis loca circumduxerunt: *Petrus Damiani* scripsit. Inde Pauc ab Othone impetrata ultro portas ei patefecerunt. Otho ingressus Gregorium X. postquam exaditus fuerat, mense sedi restituit, atque inde arcem ad Tiberim, Molem Hadriani dictam olim, post etiam Crescentis, obsedit. Quæ cum in longum obsidio traheretur, Crescenti, si se dederet, spem haud dubiam venie fecit: ac Crescenti conditionem accipiente, securitatis sacramentum per Tamnum hominem sibi familiarissimum præstitit. Egredius inde Crescens, contra fidem datam captus, ac majestatis damnatus, cum XII. aliis fœdissimo suspensiois supplicio est affectus, quæ res maximam clarissimo Othonis nomini perfidiam notam inussit. Alii Joannem cum Crescente captum traxerunt, atque luminibus orbatum in Germaniam fuisse in exilium missum. Tamnus à Romualdo Eremita Casiani de perjurio, perfidiaque adversus Crescentem increpitus, eò penitentiam ei deductus, ut humanis rebus se abdicaret. Ipsi quietiam Othoni Romualdus magnam religionem iniecerat, quod Crescentem contra fidem interpositam occidisset. Cujus solvendæ causâ Cassianum adiit, & duas coronas argenteas S. Benedicto donavit, ac nudis pedibus Garganum montem visitavit, atque patrio adversus Beneventanos odio inflammatus, ossa sancti Paulini Benevento sublata detulit Romam. *Sigonius l. 7. regni Ital. & Platina.*

Mainardus Novæ domus Princeps, cum suis artibus abalienata nobilitate, Hulfitas omnes memorabili prælio superasset, multa millia cepisset, omnes eos perdere statuit, qui ætate in castris exacta, cadibus & rapinis assueti, nunquam quieti viderentur. Sed metuens, ne simul quoque innocentes interficeret, qui ex agris coacti ad pugnam venerant: vo-

ce præconis edici jussit, nondum bellum præactum esse, fugisse Coaphonem, Thaboritarum equitum præfectum, & Coloniam expugnari oportere, viciniamque per circuitum gentes, quæ regnum popularentur, armis demandas. Ad eam rem necessarios, qui sub Procopio militarent, viros fortes, & in bello exercitatos: decretum eis ex publico stipendium, donec regnum pacarent. Proinde omnes, qui stipendia facere vellent, in horrea fide proxima reciperent, caverent, ne rudens, inexpectate belli fecum admitterent. Introierunt horrea ex maceria culmo tecta, Thaboritarum, & Orphanorum aliquot millia homines nigri, ad solem, & ventum indurati, aspectu tætri, atque horribiles, & qui circa fumum in castris vixissent, aquilinis oculis, impexerunt, promissa barbâ, corporibus proceris, membris hispidis, cute adeo dura, ut ferrum quasi lorica repulfura videretur. Clausa sunt confectum olia, & ignis immixtus horreis, colluviem illam hominum exussit. *Aeneas Sylvius cap. 51. Bohem. hist.*

Carolus Burgundus occupata Lotharinga, CCL. Helvetios fide circumventus suspensio necavit. Mox cum L. M. militum arcem Gransejum obledit, anno MCCCCLXXVI. quam præsidio tenebant cœ. Helvetii. Quos cum fames, & pulveris bombardici inopia deditionem facere compulisset, ea conditione, ut cum suis impedimentis incolumes exirent: hostis perfidus trecentos quidem ex arboribus suspendit, cœ. vero fusi annexo feriatum crudelissimè in vicino lacu submergi curavit, Cal. Maii, anno MCCCCLXXVI. cum obsidionem duobus mensibus fortiter pertraxissent. Verum tertio post die Helvetii cum XXX. Carolum aggressi, in fugam verterunt, & quia equibus destituti hostem persequi nequibant, castris captis præda ingenti sunt potiti, bonis Ducis supra decies centena millia aureorum æstimatis. *Stamphius.*

Cæsar Borgias Valentinus Dux, Gallie Regis Ludovici XII. auctoritate, & propriis viribus, Flaminiam, Æmiliamque ingressus, Faventium diu obsedit. Faventini non parva in oppugnatione clade accepta, qua tandem ratione se à tanto exercitu omni ope destituti tueri possent, incerti, intra paucos dies hominibus, ac fortibus conservatis, & Altoris Manfredi sui principis libertatem, & ei uti quocumque vellet, ire liceret, utque propriorum prædiorum fructibus fruere pacti, Valentinus urbem dederunt: quæ Valentinus, quod ad Faventinos atinebat, inviolata fide servavit: sed Altorum, qui nondum XIX. annu attingebat, excellenti forma præditum, ætate & innocentiâ, victoris perfidia, crudelitatem cedente, quasi in sua aula habere vellet, honorificè, ut videbatur, apud se retinuit: sed non multo post Romam perductus, cum fratre notho clam interfectus fuit. *Bembus lib. 5. & Guicciardi. lib. 5.*

Miserant in Flaminiam Veneti Joannem Jacobum Carolidum, uti Ravennam urbem, reliquaque, Venetæ ditionis in Flaminia municipia abductis tormentis, receperuntque is, quos bello captivos hostes fecerant, Senatus auctoritate Julii II. Pap. ministris traderet. Ii cum fide scripto data, sese & tormenta asportari permisso, & captivis libertatem donaturis, & præter hæc, quod erat primum, atque maximum, uti evestigio interditi antiquaretur, curatores, oppida ipsa recepissent: in eorum notho quæ pepigerant, perstiterunt, retentis tormentis, & captivis Romam missis, non iis modo, qui bello capti fuerant, sed illis quoque, qui præfecti oppidorum, atque arcium illa ipsa pacate tradiderant civibus Venetis undecim, quos in ipso negotio circumventus in vincula conjecerant, & interdicto non rescisso. *Bembus l. 8. Venetæ hist.*

Petenfes cognita Byzantiorum clade, Mahometo II. Turcarum tyranno deditionem fecere. Multi contra fœdera diruti, bona direpta, femine, ac viri ludibrio habiti, eandem experti sunt servituti, ut Constantinopolitani. Eodem enim die vincto madidis literas dedit ad Subasidem, id est, tribunal militum Galatiæ, quibus iussit Latinos ad unum omnes occidi. Quam atrocitatem cum Suballis obdusperceret, & ad vespertinam factum distulisset: intereâ temporis Mahometus, cum vinum obdormisset, per litteras contrarium mandavit. *Cyprian. A. D.*

Capta à Selymo Turcarum Imper. Alcario, bona Mamaluchorum pars in magnam quandam Mefchitam coniecissent: ubi cum pugnam desesset, etiam fame laborare cœperissent, vitam cum T urcis prius pacti, sese dedidere. Verum Selymus promissis minime stetit: nam eos omnes Alexandriam missos in carcere decollari jussit. *Jovius in Selymo.*

Oppu-

Oppugnabatur à Venetis Vicentia urbs, defendentibus germanis Maximiliano militibus, Vicentinus civis Guidus cum suis porta occupata, L. equites Venetorum intromisit. Illis vero à Germanis expulsus, portaque capta, cum Guidus reliquere de superiore loco se defenderent, neque Germani expugnare illos possent: dato ab eis jurjurando nihil sibi nocituros Germanos, sese eis dederunt, statimque omnes ad unum contra fidei religionem partim ab illis interfecit sunt, partim se è turri precipitaverunt, atque ita interierunt. *Bern. lib. 9. Venetæ hist.*

Anno MDL. Cum Gallie Ludovicus XII. & Hispanie Ferdinandus Reges, Regnum Neapolitanum occuparent, & jam Federicus Aragonum copiarum Dux, Taranto per deditionem accepto, solemnè ad sacra altaris mysteria Sacramento confirmavit, se Calabriæ Ducem Ferdinandum liberum abire permisurum, qui occultum à patre Frederico Rege mandatum habebat, si fortunæ amplius repugnare non posset, ad se in Galliam contenderet. Sed nec Dei metus, nec apud homines suæ extimationis ratio, plus quam regni causa, potuerunt. Cum enim Consalvus ipsum in Hispaniæ Regis potestate non esse, olim plurimum interesse post se animadverteret, jurjurando contempto abeundi facultatem minime dedit, sed bene comitatus in Hispaniam misit. *Guicciardus lib. 5.* Multi testantur, neminem Consalvo pace belloque meliorem existisse: sed ei maximorum Ducum exemplo profusus evenisse, ut in extremo vite actu tantquam semicæc non plane felix moreretur, quamquam, fœpissimè diceret, se nullus improbeh facti penitentia offendendo latissime ex hac vita fuisse migraturum, nisi Ferdinandus Federici Regis filio, & Cæsari Borgie Valentino fidem suam improvidè dedit, ut ea demum à Rege Hispanie Ferdinandum, cum sui nominis fugillatione violaretur. *Jovius in Consalvo.*

Galli victoriam à Pontificio exercitu consequuti, ad Ravennæ mœnia, reductis castris, atque urbe in deditionem accepta, ut Duci suo Gastoni Poisejo, & amissis sub muro focus parentarent, contra fidem barbara feritate miseros Ravennates invadunt, inermes ubique trucidant, domos, templeque diripiunt, & imprimis D. Vitalis templum, quod erat prætantissimum Gothorum donarum ex auro, & argento sumptuosissime exornatum. *Jovius in Leone X. l. 2. Bembus lib. 12. Venetæ hist. & Guicciardi. lib. 10.*

Gallicus Dux Vandenesius, Comi ab Caroli V. Cæsaris copiis obsessus, confertus omni pulvere, & desperatis auxiliis, Piscario deditionem facit iis legibus, ut ipse in Cœculis cum equitatu, totoque relicto præsidio, impedimentisque, & vexillis ad Lothrechii Galliarum copiarum Imp. castra deduceret, & nulla Comenibus inferatur injuria. Accipit læto animo conditionem Piscarius, solemnè tabule conscribitur: ipse Vandenesius armatus ex muro descendit, & claves portarum urbis de manu, spectante exercitu, Piscario tradit. Eo modo compositis rebus, Joan. Dorbinus castrorum magister, perrupti muri custodia imponitur, ut Hispanos ab ingressu urbis arceat. Comenses soluti metu spectantur in castra exeunt, jurant in verba Piscarii, & fœderatorum nomine Sacramento adiungunt. Erant denique omnia, quod Gallos externos, graveque dominos expulissent, plena gratulationis, atque lætitiæ. Sed dum Galli collectis sarcinis professioni sese accingunt, passim totis castris Hispani præda avidi repente arma capiunt, eo spectante: per transversum murum, qui intercedebat, usque adeo angustum, ut singuli tantum transirent, fossam superant, & per ruinas enituntur. Joan. Dorbinus, & Vargas signifer, qui erant cum cohorte in summo muro custodiae præpositi, non modo repentes, & scandentes non arcent, hastis retrudunt, sed eos præcæcis dextris excipiunt, & alacriter introducunt. Ita incredibili celeritate, si loci difficultatem reputemus, Hispani omnes, ac demum ipsi Germani in urbem irruerunt. Urbs tota miserabili conditione est direpta: Partitii plerique ætate prægrandes ut majore pecunia saltem redimerent, vulnerati, alii occisi, tanta crudelitate, & rapiendi aviditate, ut nunquam impudentius, vel atrocius, si violatam fidem publicam spectes, urbs ulla direpta fuisse videatur. Unum Piscarium, qui cum Vasio fratre lætis maturè irruerat, diligenter cavuit, ut Vandenesium, & Gallos servare inviolatos, quibus equos, arma, vestem, ut potuit, severa facta conscriptione restituit. Sed Vandenesius ubi ad castra Gallica fuit deductus, eam contumeliam iracundo ingenio minime ferens, per præ-

conem missis, & evulgatis epistolis, Piscarium ad singulare certamen provocavit tanquam privata, publicæque fidei violatorem, quod se, & Gallos omnibus vexatos injurias fœdè violari, & urbem solemnè deditam pactione, non militum, sed latronum more, impunè diripi permisisset. *Jovius lib. 2. de vita Piscarii.*

BELLUM INJUSTE INFERENDO.

Sparta circa 78. Olymp. miserè terræ motu concussa, Messenium cum Ilois servis transfugis conjuncto agmine primum Spartam adoriuntur, se facile eam everfuros rati, quod defensoribus desertam audierant. Ubi compertum habuere, eos qui tetremotibus superfuissent, cum Archidamo rege instructis armis, ac pro tuenda patria adesse ad periculum omne paratos, ab inepto destitit. Tum Ithomas Messeniam omne munitionem occupantes, inde assiduis eruptionibus inceffere Lacedæmonem. Spartiata ad Atheniensem opem confugientes, subsidia ab eis impetrarunt, necnon à reliquis focis undique coacta manu, servos decimo vix anno domuerunt. *Diad. lib. 11.*

Carthagenensis Senatus Saguntum contra fœdus, quod Hædrubal publico consensu cum pop. Rom. inierat, expugnatum, & exitum ab Annibale, non solum probavit, sed tanquam jure id fecisset, etiam adversus Romanos in curia factum defendit. Sed cavillum, quo tum illi illi sunt, in ipsius demum civitatis conversum est exitum. *Sabell. lib. 4. cap. 4. exemplorum.*

A Numa instituti sunt pacis Fœciales arbitri, qui nomen ex officio suo trahentes, disceptatione comprimebant certamina: neque prius quam abscissa omni juris obtinenti spe ad arma itinebant. Pacem enim vocant, cum verbis non vi mutuas controversias dirimerent. Fœciales Romani frequenter commebant ad eos, qui injuriam inferrent, posebantque res reddi. Si non redderent, deos testati, multa, diraque sibi ipsi, ac patriæ suæ, ni justè injuriam vindicatum irent, imprecabantur: ita indicabant illis bellum. Intercedentibus his, aut improbantibus, neque militi licebat, neque Regi Romano arma movere: sed ab his auspiciandum ei bellum, ut iusto Duci erat, inde quid expediret, expendendum. Ac cladem quidem Gallicam his violatis cæremoniis invectam urbem, famam est. Nam cum obsiderent Clusinos Barbari, Q. Fabius Ambustus in castra missus legatus fuit ad impetrandam obsessis pacem. Qui diu accepto responso defunctum se munere ratus legationis, præcepit arma induit pro Clusinis, ac fortissimè dimicantem inter barbaros provocavit. Obtinuit quidem victoriam oppresso Gallo. Verum legentem spolia ubi Galli agnovissent, missis Romam caduceatore vocaverunt Fabium G. in crimen: quod bello non indico contra jus gentium arma in ipsos tulisset. Ibi agentibus in senatu Fœcialibus, ut Galli dederetur, confugit ad populum Fabius, studioque plebis perripuit periculum. Mox Galli agmen Romam rapuerunt, urbemque dempto Capitolio deleverunt. *Plut. in Numa, & Camillo, & Diodorus lib. 14.*

Romani M. Catonis astu ad excindendam Carthaginem adducti, occasionem sumpserunt ex eo bello, quod cum Massinisa Rege finium causa Carthagenenses gerebant. Legatos misere, sub specie compositionis. Illis occultè mandatum erat, ut si Massinisa inferior esset, pacem suaderent: si res ejus melior quam Punica videretur, sineret bellum trahi. Quo apparet, Romanos parum sanctè jus sociale per id tempus custodivisse, ut quantum Pœni prioribus bellis perfidia egerant, tantum tertio hoc Punico bello Romani dolo malo egisse merito videri possunt. Carthagenenses à Massinisa ad eam sunt inopiam redacti, ut equos primò, mox fœtorum lora, & habenas mandare sint coacti. Tela adhæc lignorum defectu combusta. Sequuta est inde pestilentia, famis alimna, magna que pars exercitus paucis diebus teterrima illa clade consumpta est. Tum desperatis annos, & exulum restitutionem pactus, ut ipse & sui cum singulis vestimentis domum abirent, pacem cum Rege sanxit. Gelosus Regis filius, dubium ignaro patre Numidico equitatum in agmen morbo, & fame affectum immisit, tantaque cæles est edita, ut ex octo, & quinquaginta hominum millibus (tot enim fuisse dicuntur) præter paucos, qui cum ipso Duce Carthagenem pervenere, cæteri, est alio casu, ad unum perierint. Et clade affecti Carthagenenses, Hædrubalem Ducem, & cæteros belli Numidici auctores in exilium eiecerunt. Senatus bellum Carthagenensibus inferendum statuit, & M. Manlio, L. Martio Coss. occultè in Africam transfugis negotium dat

dat Carthaginis funditus evertenda. Carthaginenses novitate
 A reiterni, ecc. obfides pueros nobiliffi dare juffi, dedere
 armorum vim ingentem in castra deducere juffi, partere
 fenatoribus, & sacerdotibus fubfequentibus. Tum confules
 urbem quoque relinquere eos jubent, & novam decem milia
 paffuum à mari condere: Carthaginem enim funditus
 evertendam. His auditis tanta rabie exarferunt miferi Char-
 tiginenses, ut desperata salute cum patria interire maluer-
 rint, quam iniquiffimam Rom. poffulationi parere. Arma
 igitur fummo studio, & feftinatione comparant, Hadruba-
 lem revocant, & cum precibus non poffent, armis fetneri
 conantur. Claffem certè Rom. incenderunt, & claffem ip-
 fi ex veteri materia comparavere, portum novum effode-
 re, nec nifi à P. Scipione vifci cum patrie ruina perire. *Sub.
 lib. 9. En. 5.*

In ulteriori Hifpania Lepidus Proconful Vaccam gen-
 tem (qua in Caftellæ confinis ad Navarram fpectat) inno-
 xiam, ac fimplicem, prohibente Senatu, expugnare tentat.
 Sed ab eis prelio victus, fex millia Romanorum amiffi, atque
 exuftis castris vix cum paucis fuga ovalit. *Joan. Gerund. lib. 7.
 Paralip. Hifp.*

B Gensericus Vandalorum Rex, immani crudelitate notus,
 cum pacem cum Honorio Augusto iniviffet, qua eab Hono-
 rio Africæ pars concedebatur: ut acceptis, ut Gallia Hono-
 rium novo implicari bello, proditione Carthaginem occupa-
 vit, atque diripiuit, & regni Vandalici fundamenta jecit in
 Africa. *Ful. lib. 9. cap. 6.*

Aiftulphus Longobardorum Rex quia contra datam fidem
 Georgio III. Pap. arma interebat, Pontifex pacis formulam
 de vexillo crucis fufpenfam exercitui præferri curavit, cun-
 ctis Deum contra perfidum hominem invocantibus. *Blondus
 lib. 10. Decadis 1.*

Abimelech Saracenorum Ammiras, pacem ab Impe-
 ratore Juftiniano II. petiit. Qua data eft, Africa recepta
 & federe fancitum, ut Saraceni in decem proximis
 annos, fingulis diebus penderent mille aureos Romano
 Imperatori, equum unum, & mancipium unum fuæ gen-
 tis. Sed Juftinianus violato federe, in Mefopotamia, &
 Perfide multis Saracenos affecit incommodis. Nam cum
 jam novas fcripiffet legiones, & xxx. Sclavorum millia
 Duce Nebulo fibi adjunxiffet, quem Acquifitum populum
 C appellabat: Arabibus pacem concessam fregit, quod annui
 veftigialis pecunia miffa, Romanorum nota fignata non ef-
 fet: haud enim licebat aureo nammo aliud fignum, quam Im-
 peratoris imaginem imprimere. Cum Arabes efflagitarent,
 ne ob id fcripta federa violaret: illi fcriptas pacis condi-
 tiones hafte alligarunt, fublataque in acie inftar vexilli,
 cum Romanis manus conferuerunt. Sed mox viginti milia
 populi Acquifiti ad Arabes transfugerunt: & inde victo-
 ria potiti, in fugam Imperatorem, & Romanos compule-
 runt, & Mefopotamia efecerunt. At pari ftultitia in aliud
 diferimen incidit. Quoniam pacem cum Bulgaris, & Sclav-
 is à patre Conftantino inftitutam nulla neceffitate rupit,
 & bellum ex improviso intulit, ac utramque Myffiam, qua
 Bulgari federe cefferant, fedavit caedibus, ac incendio,
 Bulgari ab initio timore percuffi, ac confternati, obviare
 haud poterant injuriam, donec animaverfa Imperatoris te-
 meritate, & imperitia bellandi, viderunt figna Juftiniani li-
 center nimium evagari, & fpe præda longius milites Gra-
 D cos à fignis aberrare. Qua re in fperem erecti victorie, ob-
 ftant falutis, & locorum anguftias, per quas erat hoftis re-
 tro abiturus: Imperatoremque in illi impellunt neceffitatis,
 ut captivis cum omni præda refiftitis, pacem fibi precario
 reddidit, fuo fuorumque facramento fanxerit. *Cufpin. A. D.
 ex Diac. lib. 20. & Zonara, & Sigeb. an. 193. & Blondo lib.
 10. Dec. 1.*

In Perfia Rex Perozes. *Vide infra. Pana perfidie.*
 Ludovicus Bofonis F. Provincia Rege ab Italicis Principi-
 bus contra Berengarium II. Imp. evocato, Berengarius cum
 multo majore exercitu occurrat, atque illum ita circumvenit,
 ut copiam evadendi omnem ademerit. Qua difficultate op-
 preffus Ludovicus, miffis nunciis Berengarium, ut fe incolu-
 mem redire permitteret, obfecravit: feque, fi id faceret, nullis
 unquam in poffterum conditionibus Italiam repetiturum efle,
 jurejurando afferuit. Quo accepto Berengarius, mitis, finceri-
 que ingeni vir, ipfum haud gravate dimiffit. Poftèaquam ve-
 rò Adelbertus Tulfia Marchio, cum Italorum tum uxoris
 Bertæ voluntate permotus, legatos ad Ludovicum de repe-
 tenda Italia miffit. Ludovicus jurifurandi præ nimia regnan-
 di cupiditate ratione non habita, cum majore quam antè co-

piarum numero Alpes versus iter intendit, ac tota fibi fe-
 re occurrente Lombardia eas trajecit, Berengarius prælio
 E rem experiri non aufus, subito Papiam reliquit, Vero-
 namque fe retulit. Inde eam pulfus in Bavariam fe
 recepit. Poftèaquam verò Adelbertum à Ludovico aliena-
 tum fenfit, clam reperta Italia, & cuftodibus corruptis,
 filentio noctis Verona positus, Ludovicum in lateribus
 deprehentum, & ob violatam jurifurandam fidem feve-
 re increpatum, luminibus orbavit. *Sigonius lib. 6. regni
 Ital.*

Saladinus, Hierofolyma occupata, & capto Rege Guidone
 Lufiniano, anno propè circumacto, jurejurando eum ade-
 git, fe jus regni armis ultra non perfecuturum. Quam fpon-
 fionem sanctam non efle, ratamve habendam, Orientis partes
 fanxere, quòd hoftis ipfe protinus Regem, ut pactus fuerat,
 Afcalonitis non reddidiffet: nec violatori fidem fervandam,
 præcipue in communi terrarum, religionisque caufa. Itaque
 tentavit quidem regnum recuperare, fed irritò conatu. *Emi-
 lius lib. 5.*

Rogerius, Jacobi Tarraconorum Regis claffis præfe-
 ctus, Carolum Claudum Caroli Andegavenfis Siciliæ Re-
 gis F. occupata prius Sicilia, ceperat: neque multo post
 F naves Francorum ad unam omnes in portetatem fuam rede-
 gerat. Eduardo Angliæ Rege intercedente, fœdus idum fuit
 his legibus, ut Carolus Claudus dimitteret, viginti millia
 pondo argenti penderet, Pontificem Maximum exoraret,
 ut Taraconenfibus jus Siciliæ Infulæ adjudicaret: eosque
 inducò dirarum decreto in gratiam reciperet: Carolo Va-
 lefii Comiti perfuaderet, ut cederet jure regni Tarracon-
 nenfis, quod Martini Pontifici ei attribuerat. Ea omnia ni-
 fi intra triennium præstaret, in cuftodiam, unde emittere-
 tur, rediret: ea ita futura obfides daret: quos & dedit duos
 ex filiis, Robertum miris indolis, & Ludovicum mira fan-
 citatis, adolefcitulos: ac quadraginta præterea ef provincia
 Phoenicis nobiles viros. Ita deportatus ef Sicilia exerci-
 tus. Quarto quam captus fuerat anno, Claudius Rex in
 Franciam ex Hifpania rediit: atque inde cum Nicolao Pon-
 tificis maximo fœdus Tarraconenferatum nollet, nec injuf-
 fu fuo tranfigi potuiffet de regno fedis Romanæ beneficia-
 rio contendere: cum egregio equitatu in Italiam tranfcen-
 dit. Eum Hetruriam bella exceperit, Guelforum partes ea
 tempeftate invalidas tutandas fufcepit, neque pactis fteit. *G
 Amilius lib. 8.*

Juliani Cafarini Card. Opera Crucifigati contra Turcos
 fulcepta expeditione, Duce Joanne Hunniade, claris, re-
 tulerit victoriam, in montis Hemi vallibus cafo Carabejo,
 & Sciabadeno Bafla bellicofiffimo Turcarum Duce. Turcæ
 metu potius quam armis victi, totius Occidentis vires in fe
 conjurafte veriti, inducias decennales deterioribus inire
 conditionibus, Deo etiam utrimque prohibito teftè, Chri-
 ftianis in Evangelio, Turcis in Alcorano jurantibus. Mo-
 leftum id Juliano Cardinali fuit, cui profequenda victoria
 videbatur. Eugenius quoque IV. fcripfit Cardinali nullum
 valere fœdus, quod fe inconfulto cum hoftibus religionis
 percuffum eflet: Uladiflao Regi Poloniæ, qui eo tempore
 Hungariam occupabat, uti conventa difolveret, imperavit,
 juramenta remiffi, novum inftaurari bellum, tum precibus,
 tum minis extorfit. Et Chriftianis Principibus auxilia peti-
 præter Philippum tamen Burgundia Ducem neminem mo-
 vit: hic folus claffem inftituit, qua utique in Hellefpontum H
 profecta, Turcis tranfium prohibere in Europam conata ef.
 Francifcus Cardinalis Venetiarum, Eugeni nepos, cum
 pluribus tremibus eo miffus claffi præfuit. Amurathes ex
 Georgio Serviz Despota, proditore, hoftium cognitio ad-
 ventu, cum Græcis ac Turcis in Europa manentibus non fa-
 ctus fideret, exercitum ex Afianis militibus comparavit. Sed
 angebat animum traicidendi freti non mediocri cura, qui
 claffem Apoftolicam obtinere pelagus non ignorabat. An-
 xio (ut ajunt) & multa volente animo, Genuenfes quidam
 curas ademerit, qui fuis navibus accepta pecunia transpor-
 tarunt copias, aureo nummo vecturibus per capita tradito:
 qua, fi vera ef fama, centum millia fuiffe ferunt. Chrifti-
 ani locum attingent, qui Varna eif nomen, veteribus Dio-
 nyfopolis dicitur, ad Euxinum mare cum advenire innume-
 rables hoftium copias nunciatum ef. Cedendum Uladiflao,
 Cardinalique videbatur: & ne circumveniri ab hoftè poffent,
 munitionum montanumque locum petendum. Hunniades adver-
 fari, ac refiftere, Turcarum fe noffe vires dicere, famam fper-
 majorem efle. Itaque fide difpofuit Chriftianorum exercitum
 laterum unum ad paludem quandam, alterum verò ad curru-
 mul

mul catenatos, terga autem ad montem fimiliter converfa ha-
 A berent. Cuique acriter diu pugnatum ut rimque eflet, primi
 Turcarum ordines tandem in fugam converfi funt. Jamque
 victoria ad Chriftianos inclinare, atque Amurathes identi-
 dem fuga propriæ faluti confidere velle videbatur: cum duo
 Epifcopi, nempe Varadimus, & Strigonius, fugientem hoftem
 intempetivius fequuti, commiffa fibi loca deferendo, Turci-
 corum turme aditum in noftro exercitum, per eum, quem
 dereliquerant, locum concefferunt: ficque effectum ef, ut
 ingreffis Turcæ, sagittarum grandine pedes noftros fuo ex
 ordine difturbarint. Hunniades igitur fuis tanto in difordine
 confitutis opem ferre defiderans, refumendarum virium
 commoditate Amurathi dedit. Ergo Amurathes licet à Gal-
 lo milite vulneratus, tum hujusmodi occasione, tum verò
 exhortatione Gallii Bafta animum recipiens, cum Janizaris
 conflitit, ac Ladiflao Regem infelicem, equites Portæ fuas
 cataphraftes imperentem, non tantum fuftinuit, verum etiam
 arte quadam medium claufit: tandemque poft acerrimum
 pugnam ex equo prolapsam unà cum ampliffimis nobilibus
 Xugaris, & Polonis interfecit. Capto mortuo ademptum, &
 hafta infixum, populo offerentem. Hunniades corpus Regis
 B ex hoftibus per vim extrahere conatus, in maximum vitæ di-
 fferimen incidit: nihilominus & ipfe tandem cum aliis, qui
 jam per montes, & paludes ac fylvas inaccessas fugiebant,
 evafit in Valachiam, ubi à Despota Servie captus ef, fed
 poft liberatus. Julianus Cardinalis equo fignatus, dum cur-
 fu fatigatus potu reficitur, fpoliatus, feminidulque in devio
 falu animam exhalans reperitus ef. Hunc Gregorius Sano-
 cenus, ex proceribus non infimus, videns cum obequitavit,
 cum execratione admonuit, ut eventu belli tandem colli-
 giti, non fuiffet Deo cordi ea, qua contra factus, ac juran-
 dum, mote magis argutorum hominum, quam ex æquo ac
 bono confuliffet & ipfe, & pontifex. Varadienfis Epifcopus
 Joannes per paludes fugiens, facta equi, ac fua luctatione in
 cæno volutatus, tandem fubmerfuf ef. Agricenfis Simon
 nomine, qui pugna excefferat, cum rediret, nunquam
 poftèa comparuit. Cardinali Venetiarum ejus culpa cladis
 magna in parte imputata ef, qui neque fretum (uti præ-
 fuerat) cuftodivit, neque tranfuctos hoftes Chriftianis
 Ducibus (quod fecundum fuerat ejus officium) nunciavit.
 Fertur Amurathes in medio belli ardore, vexillum S. Ladif-
 lai, quod Hungari ferebant, ac alterum, quod Crucifigati
 gnati milites, in quo imago Chrifti erat, vidiffet, magna-
 que voce patria lingua exclamafte: Crucifige, crucifige,
 vide gentem tuam perfidam, quæ à me non læceffita, con-
 tra jururandum, & aequum, jus omne, ac fidem violavit: fi
 Deus es aliquis, fac ut perjurii poenam luat. Pugna commiffa ef
 anno Sal. 1444. decima Novembris, vigilia D. Martini. Fer-
 tur fanè trium dierum, & noctium fpatio continuata. Nu-
 merus exlorum incertus ef, quòd multi in paludibus perie-
 re. Triginta millia Chriftianorum cafa à quibusdam referuntur,
 Turcarum quadraginta millia. Ob id neque fugientes
 hoftes infecutus ef Amurathes, neque gloriabundus inter
 fuos fuit: fed cum rogaretur, Cur de victis hoftibus nul-
 lum lætitiæ fignum exhiberet? refpondit memorabili voce:
 Nolle fe fimili eventu fapientius vincere, fignificans eam pugnam
 magis fuis quam Chriftianis fuiffe funeftam. Idcirco copias
 domum tranfmiffit. Ipfe Adrianopolim concedens, deo fuo
 victoria vota perfolvit. Atteritis eo bello Turcarum fimul
 & Hungarorum viribus, quies erat ab armis Hungariam
 D Joan. Hunniades adminiftrante, Turcis verò Calibafia præfe-
 ctò, quem Amurathes cœnobium ingreffus fuo Mahumeto
 tutore reliquerat. Tum Hunniades fperans fe imperatos Tur-
 cas facile oppreffurum, & Varnicem ignominiam eluturum,
 collecto exercitu ad Baftiam castra pofuit. Turcæ
 per Serviam Despotam de eo certiores facti, Amurathem evo-
 cant, exercitum præficiunt. Cruento prælio victus iterum Hun-
 niades, fuga vis elapsus, irrequieti ingenii penas dedit. *An.
 Syl. c. 6. Eufopæ. Cufpin. A. D. & Jovius in Amurathæ II. Bon-
 fin. 1. 6. Dec. 3. Dubravius. 1. 28.*

Anno 1513. Jacobus Rex Sæctorum, naturali odio, & pecu-
 niam maxime Gallica impulfus, dum fperat fe totius Infulæ
 Britanniæ Regem futurum, parum decoro, ac exitiali confilio,
 abfenti Henrico IX. Angliæ Regi bellum intulit. Fuere tre-
 ftus ab Henrico in tutelam regni Særejus regulus, fide, &
 veritate bellica infignis. Is Jacobo populanti Angliæ fines ad
 Tuædam antem occurrit. Certatum eif majoribus, quam
 unquam antè odiis, viribus verò longè maximis: nam pro
 gloria, pro salute, pro totius Infulæ imperio remotiffima
 utrimque gentes excitæ, ad enatum repente bellum fumma
 L. B. Theat. vit. Human. Tom. VI.

feftinatione concurrerant. Sæctorum acies tota pedeftris
 fuit: ac fatali quadam audacia, ut nullam fperam falu-
 E tis in fuga fuis relinqueret, ipfe primus omiffis equo pe-
 des in acie conflitit: ubi interfecit. *Jovius in Leo-
 ne X. lib. 3.*

PRODITIONIS PRÆMIO
PERSOLVENDO.

Triphoni centum argenti talenta miffit Simon, & duos fi-
 lios Jonathæ pro liberatione ipfius: quia promiffat Try-
 phon remiffurum fe Jonathan. Poftèaquam argentum accepit,
 patrem cum filiis interfecit. *1. Mach. 13.*

Romulo regnante, Spurius Tarpejus arci præerat, cujus fi-
 liam virginem aquam factis peticum extra moenia egreffam,
 Tatius, ut armatos Sabinos in arcem fecum reciperet, corrup-
 tit, mercedis nomine pactus, qua in finiftris manibus gere-
 bant. Erant autem his armillæ, & annuli magno ex pondere
 auri. Loco potitum agmen Sabinorum, puellam præmium fla-
 gitantem, fcutis obrutam necavit, quæ lævis geftabant. *Val.
 lib. 9. cap. 6. Exemplorum.*

Mahumetes Chriftiano cuidam Conftantinopoleos pro-
 ditionis fidem non fcrvat. *Vide Tit. Pana injuffa pro-
 ditionis.*

CAPTIVORUM LIBERATIONE.
Agathocles tyrannus Syracufanus. *Vide infra Pana
Perfidie.*

OBSIDUM ACCEPTIONE.
 Chriftiernus II. Danorum Rex, Stocholmiam Sveciæ me-
 tropolim obfidens anno 1570. omnibus incommodis confi-
 titur: nec reditus in Daniam dabatur, advertantibus ven-
 tis. Ergo converfus ad dolos peccit inducias bello. Steno
 præfes regni Sveciæ, concedit inducias: facit præterea exem-
 plum clementiæ, & munificentiæ in hoftem, mittit in castra
 multa juga boum, unde confectum famè hoftem fublevaret.
 Danus fanè exiftimans hominem, qui tam benigno affectu,
 tamque indulgenti natura eflet, eundem & efle ingenio fim-
 plici, & minime fufpicaci, fimulat præcipuum favorem in
 Stenonem: & fe oftendit percupidum vifendi principis, &
 colloquendi: ad hocque imperandum mittit in urbem obfi-
 des, atque eo prætextu evocat in castra Stenonem ad collo-
 quium. Is jam properabat ad manifeftum exitium, nifi tenatus
 Holmenfis interceffiffet. Danus ut vidit hac non fuffeciffet
 G dolos, aliam fraudem confingit: Sciat accessurum in urbem,
 modo impetret obfides falutis fuæ. Hic verò Steno perfuafus,
 deligit nobiliffimos ex juventute: in quibus fuit Goltavus
 Ericfon. Hi fe permittentes fidei, & fymgraphis Dani, ad na-
 ves veniunt: quos is comprehenfos in vincula coniecit, atque
 mox in altum provectus in Daniam cum præda enavigat. Il-
 lic Goltavus, furcam ante hoftium paratam fibi, & plures
 mortis imagines comperit, vitamque habuit in omne momen-
 tum fufpenfam. Tamen fervatus à providentia, venit poft ad
 regnum Sveciæ. *Scriptor excedit Holmenfis.*

PERFIDIA IN CONTRACTIBUS
 VOLUNTARIIS. UT PUTA IN
 LEGIBUS. VEL
 INSTITUENDIS, PONENDIS, INTERPRETANDIS.
 Cynus interpretatione l. quoties, C. de jud. fcribit, Canoni-
 fitas feciffe fibi jura pro libito, & leges eos civiles ferrare ad
 commodum fuum, non autem contra fe, propter ambitum fe-
 cularis jurisdictionis ufurpandæ, & non propter aliud
 NEGLIGENDIS, NON SERVANDIS. *H*
*Confulite Titulum Inconfantia Legislatorum, hic folius
 Injuftitiæ ratio habetur, in legibus voluntatione, vel ufurpa-
 tione bonis tam fuæ quam alienis non
 fervandis.*

Athenienfes Ariftoteles crebro taxabat, quòd cum duas res,
 frumenta ac leges inveniffent, frumentum uterentur, legibus
 nequaquam. *Lærtius l. 5. cap. 1. Exat apud Arift. 7. Ethicorum
 Anaxandride fcomma in codicem: ἡ πόλις βέλτερον, ἢ τὸν ἀδὲν
 ἴσταν. Confultat, à qua fperitur lex, civitas.*

Cum ef fenioribus quidam, videns præfatas leges, & inftituta
 vetera aboleri, & alia prava fuccedere, atque ob id res Sparta-
 norum inverti, quæ fumma fuerant in immo deiici, & conte-
 rri: id inquam, cum apud Agidem jam fenem deploraret, joco
 refpondit: Si fic inquit, quod narras, recto ordine res proced-
 unt. Siquidem ego puer à patre audivi, quòd jam tum illis
 temporibus res inverterentur. Itaque rursus invertuntur, red-
 dierunt in locum priftinum. *Plut. in Lacon.*

Augustus cum legem Juliam de adulterio tuliffet, in qua
 R defcinitur.

definitum erat, quemadmodum reorum causa cognoscenda, & quemadmodum vindicanda esset in comperto: inde ita clarus juvenem ob stuprum cum filia sua Julia consuetudinem infamem manibus pulsaret: vociferante illo, legem sanxisti, Cæsar, tanta poenitentia subiit cum, illo die ut conare recufaret. *Plut. in Appob.*

Canutus II. Danorum Rex, militibus capitalis supplicii loco exilium vel terræstræ vel maritimum decreverat. Sed ipse primus cum legem solvit, milite per ebrietatem caso. Mox aurem facti poenitentia ductus, milites commisi feceris poenas suo arbitrio decrevere multandum, exilimantes plus nutui majestatis, quam privatorum sententis deferendum. Rex culpam ære redimi debere constituit. Cumque aliàs homicidiorum crimen quadragenis nummi talentis expiari soletet, ipse sibi trecenta, ac sexaginta mulctæ nomine dependenda censuit. *Saxo. lib. 10.*

CONTENNENDIS.

Metrodorus Epicureus in 1. de Philosophia resp. arcana prodens: Sapientes nonnullos ait ex profuso fastu tam probe intellexisse officium ejus, ut impingerent, dum de moribus, & virtute tractant, in eisdem ac Lycurgus, & Solon cupiditates. Ac contumeliosè subicit: Quare decet ingenium cum in omnibus mortales, tum in Lycurgos hosce, & Solones revera cachinnum edere. Quibus verbis patet, illum non legumlatoribus, sed legibus reclamare. Epicurus rogat in disputando, se Num aget quid sapiens, quod legibus sit interdictum, cum sciat id clam futurum? ac respondet: Non pronum esse planè ne id & apertè prædicare: id est, agamus, sed fateri nolo. Ad Idemenaque scribens, mandat, ne mancipatam legibus, & gloriæ ducat vitam, nisi quatenus per eum, qui cum versamur, molestiam ex verberibus pariant. Itaque leges, & rerum, ordinem adeoque vitam tollunt humanam Epicurus, & Metrodorus, dum assecras suos revocant ad rep. capefenda, capefentibus eam sunt infemi, pios & sapientissimos legumlatores concidunt, ad leges hortantur contemnendas, nisi verberum, & vindictæ formido addit. *Plut. in Coloten.*

L. Neratus homo improbus, atque immani vacordia, pro delectamento habebat, os hominis liberi manus suæ palma verberare. Eum servus sequebatur crumenam plenam asium portans: & quemcumque depalmaverat, numerari flagim, secundum XII. tabulas, quinque & viginti asses jubebat. Propter eam prætores hanc legem postea aboleverunt, & relinqui censuerunt, injurisque æstimandis recuperatores se daturos edixerunt. *Gell. lib. 20. c. 1. ex Q. Labone.*

TRIBUTO, VECTIGALI VEL

EXIGENDO.

Tributum, quod Græcis in usum belli Perfici indixit Aristides, sexaginta, & quadringenta talenta efficiebat: huic addidit Pericles penè trientem: siquidem sexcenta talenta Thuedides ait initio belli Peloponnesiaci populo Atheniensis socios tulisse. Defuncto Pericle, qui populum tenebant, tributum intendentes, paulatim ad mille trecentorum talentum summam redegerunt: non ita quod propter longinquitatem, & clades flagitaret tantos sumptus bellum, ut quod ad largitiones, spectaculorum sportulas, signorum, & templorum extructiones, populorum impulsissent. Cum igitur male dno nomine Aristides, & illustri esset ex tributi digestionem, dicitur Themistocles eum derisisse, quasi non ea viri laus, sed loculorum esset, quibus aurum asservatur. *Plut. in Arist.*

Quatuor millibus ac quadringentis marcis Rugiani ab Henrico Vandalarum Principe, ob cæsum Valdemarum filium tributa exigentem, pacem mercati sunt. Misi Henricus legatos, qui tributum peterent. Illa verò tempestate nulla illis erat moneta, sed rebus res commutabant. Ergo ut à barbaris aurum omne tollerent (quo ad nullam pietatem uterentur) statim misi dolosam: ad cujus pondus æquandum, omne aurum quod erat in arario idoli sui Radegasti, ex præda quæsitum, quodque in uxorum, ac filiarum mundo inveniebatur, totum contulere, nec ad dimidium promissa summæ poterant pertingere, fraudante eos statuta dolosa. Erant, qui dolo deprehensos jam se explefse promissa contenderent: Henricus contra acceptatæ semel statuta esse ad extremum satisfaciendum. Hac controversia durante obsides retinuit, proxima bruma iteratus in eos, velut fossiditragos, expeditionem. *Crantziius 1.3. Vandaliæ c.6.*

ABUTENDO.

Philippus pulcher Francorū Rex, de sacro bello, votoque, quo se obstrinxerat, vel post facta sua solvendo, suprema man-

data Hutino filio dedit. Eo enim nomine decimas de sacerdotibus coegerat, sicutque obftrari non deservaret, ut non in Regnum tantum, sed & in sacram causam succedere se aquum censeret. Hutinus altero vii Regni anno deceffit. Pontifex Philippo Longo Ludovici fratri Regi perenti jus decimæ ad sacram militiam de sacerdotibus exigenda, hæc verborum conceptione, exceptioneque concessit, si è re, pietateque id esse Episcopis Francis videretur. Habito Patrum conventu, responsum est, cum bellum in Barbaram religionem sacrum utique moveretur, tunc Patres aut sub signis Regem, nulla sacrosanctæ vacationis venia, impigrit, iustoque comitatu secuturos, aut sacrum æs minime parcè collaturos. Præscriptio sacrorum armorum aliò spectavit: Pontifex hostem indicat Ludovicum Bavarie Ducem. Jus Cæsarei nominis in controversia versabatur. Duo summi viri, Cæsares se vocitabant, Ludovicus, Fridericusque: hic Austria, ille Bavarie, Duces: paribus uterque procerum suffragiis lecti. Genueses exules ut in patriam reducerentur, openi à Mattheo Vicecomite Principe Gibellina factionis, eodem Imperi Vicario, petebant. Qui cum Genueses per filium Marcum Graviter obfisione peremeret, Pontificis infestum in Italiam ad eum opprimendum exercitum missus est. Philippo succedens Carolus Longus frater, ad verum rumore fuit, quod sacri in Ludovicum Bavarum belli nomine decimas de sacerdotibus Francis petenti Pontifici maximo Joanni XXII. cum primum denegasset, pactione deinde expugnatus concessisset, ut in partem ipse veniret. *Emil. l. 8.*

DEFRAUDANDO.

Sacerdotes Israelitarum aureos vitulos Hieroboam suffurati, subaratos substituerunt, quos Sennacherib Assyrius cum reliquis thesauris lyri loco exegerat. *Vide Tir. Frustris perfidie hostilis.*

Agricola quispian nomine Leucan, solus erat utres melles plenos stercis obvolvete. Rogatus autem ab exactoribus vectigalium, Quidnam portare? hordeum se portare, respondebat, videlicet quod minus pecuniæ persolveret. Sed cum evenisset aliquando, ut lapsus in terram afinus omnes effudisset, accurrerunt exactores, in reponendis sarcinis auxilio futuri. G. Verum ubi interiri cognovissent, mel in utrisque, non hordeum, Leucanem obtorto collo abduxerunt, tanquam qui se debito vectigali fraudasset: atque illud ridentes addiderunt: Alia Leucan, alia portat afinus. Ea vox postea versa est in adagium. Refertur à Zenodoto, & à Diogeniano. *Erasm. in Adagiis.*

PACTO INJUSTI, DE IMPERIO, REGNO.

Margarita Danorum, & Norvegiarum regina, capto Alberto Sueonum Rege septimo anno, à Svecis & Gothis in regnum recepta est anno Salutis 1395. his conditionibus, ne publica regni officia, five arcis, & castella aliis quam in regno natis committerentur: neque Danos in causis Sueonum judicandis præficeret, sed Sveciorum proceribus committeret: neque tributis, aut oneribus molestia esset, nisi Svecico senatu consentiente. Jurejurando omnia confirmavit Margarita. Ceterum Danorum consiliis instigata, Svecionum causas neglexit. Proceribus jusjurandum illi obicitibus, & diplomata sua urgentibus respondit: Literas vobis datas diligenter custodite: nos H. castra, civitates & omnes regnorum nostrorum partes diligentius observabimus. At cum videret majora esse odia Sueonum, quam quæ vel astu, vel armis coerceri possent, regno cefsura, Sueonibus persuasit, ut Ericum Pomeraniæ Ducem, suum ex ore nepotem, Regem assumerent. *Jo. Magnus lib. 21.*

INDUCIIS.

Thracæ pactis cum Bæotia nocturno dierum induciis, nihil segnius incursionis faciebant aliquot tempore. Hos cum propulsissent Bæotii, atque expositularent, quod violassent inducias, responderunt Thracæ: Se nihil præter pacta fecisse: pactos enim esse de diebus, noctibus incurrasse. *Strabo lib. 9.*

Refert Zenodotus, Thracæ constituisse decem dierum inducias, noctu impressionem fecisse in Bæotios, jam negligenter agentes induciarum fiducia, atque ex his nonnullos trucidasse, aliquot vivos abduxisse: deinde expositulans de violatis pactis Bæotii, respondisse, dies, non noctes pacto contineri. Ea res proverbio locum fecit, *Θρακικὴν ἀποκρίσιν*, Thracium inventum. *Erasm. in Adagiis.*

DEDITIONE.

Cum Milciades vehementer urgeret Parios, jamque tractari ceptum esset de dedenda urbe, Iylva quidam circa Myconum ultro coepit ardere. Parii suspicantes, quod Datis regis classis præfatus, excitato igni signum ipsis dedisset, recessus conventus noluerunt tradere civitatem. *Æmilius in Milciade.* Inde fitum proverbiale verbum *πυρροῦ πυλῶν*, pro Iritate pacta, Pariorum exemplo.

PAGE.

Arthurus, Uteri Britannorum regis spurius, patri in extremam Vvalliam à Saxonibus compulso succedens, Pictos, & Saxonem superavit, Londinum recepit, & Eboracum, Oceanum Saxonum regem expulit, Coloernum Northumbriæ principem Saxonum occidit, Saxonem aut regem cedere, aut Christi fidem profiteri coegit. Cum Lotho Pictorum rege pacem fecit, uti fe mortuo regnum Modredo Lothi filio cederet. At cum Britannis Pictos exois gratificatus, Constantinum Cadoris Cornæ principis F. regni hæredem fecisset, Modredus in societatem pertracto Eugenio Sctorum rege, perfidiam ulcifici decrevit. Commisso prælio, Modredus, & Arthurus cum B. tota ferè nobilitate Britannica cecidere. Cæsa ad xxxm. utriusque partis, & vires ita debilitate, ut Saxonibus paulò post reversis prædæ fuerint. *H. Boet. lib. 9.*

Matthias Corvinus Ungariæ rex præter spem, & expectationem designatus, post Uladislauum Alberti. Imp. F. absque liberis defunctum, ut quod sibi à Friderico Imp. Alberti fratre bellum impendebat evitaret, se, ut post suum obitum id regnum ad Fridericum, ejusve filios perveniret, uxorem non dicturum promisit. Quod est minus servavit, nihilominus sine liberis ex hac vita migravit: nec tamen Fridericus voti compos fuit, quia Ungari Uladislauum Polonia regem assumperunt. Ex quo novis bellis ab Friderico, & Maximiliano petiti, tandem convenerunt, idque regni proceres solenni jurejurando confirmarunt, ut quodcumque Uladislau sine liberis moreretur, Maximilianum sibi regem acciferent. *Guicciardinius lib. 7. in Crantz. lib. 13. Pand. c. 10.*

Ludovicus XII. Francorum rex, à Maximiliano Cæsare, & Henrico IIX. Angulo bello petitus in Morinis, ab Helvetiis premebatur in Hedus. Divioni muris distictis Helvetios jam jam irrupturos Tramulius, vel iniquissimis conditionibus pacis delinivit, & obsides eam in rem dedit. At ubi domum rediere Helvetii, Ludovicus nudato animo conditiones improbare atque recitere coepit, tanquam summæ iniquitatis, & insolentis plenas: ideoque testari se tam superbe paci nequaquam staturum, quam Tramulius ex arbitrio cum Helvetiis spondidisset. Consiliarii quoque ex adulatione, & metu potius, quam quòd ex æquo, & jure esse dicerent, ut pacem irritam faceret, poenitentia, & fraudi vanam juris speciem imponere contendebant, quòd Tramulio injussu Regis non licuerit ulla turpi sponfione bellum finire, exemploque Caudina pacis quondam cum Samnitibus à consule Posthumio factæ, nihil quod Gallos ex pacto, vel religione obligaret, injussu Regis ritè fieri, sancirive potuisse. Helvetii cum se deceptos intellexerent, coacti apud Lucernam concilio, jurejurando omnes affirmaverunt, se quamprimis per occasionem possent, ultrosio illam tergiversationem, atque eadem, quæ fœdere promissio, armis repeturos. *Sebellici supplementum lib. 1. ex Jovio.*

Postquam Refus, filius Gruffini, Demetria princeps, cum D. Henrico II. Ang. Rege apud Claudiocestria stabilem firmamque pacem fecisset, omnesque ejus Provincia nobiles Regi reconciliasset, ita ut certa paz, & tranquillitas restituta tandem viderentur: Gul. Brusius Brechmia Dominus, nobiles quosdam Ventanos, sub amicitia, & benevolentia simulatione ad prandium invitavit in castrum de Albergememii. Quod cum omnes adventisset statim ab armatorum militum multitudinedine, quos ea de causa in insidiis sibi collocaverat, crudeliter trucidati sunt. Inter quos Sissilius filius Duuallionis, & Gruffinus filius ejus, atque multi alii ceciderunt. Hac cæde perpetrata, in Sissili domum, quæ non longè aberat, irruentes, Claudiam, vel Gladusiam, ejus uxorem, Refuse fororem unà cum Cadualadro filio infante, & domo violentè attraxerunt, & quod magis horrendum est, puerum in conspectu matris jugularunt.

SOCIETATE.

Ασπίων σὺν Σπυρα, id est, Loctensium pactum, de fœdiferis dictum, cuiusmodi quondam habuit Loctenses, quòd fœdere prodito, quod cum Peloponnesiis inierant, ad Heraclid-

darum partes defecerint. Vel, ut quibusdam placet, quòd Siculo eluserint, non præstita fide. Hæc propemodum Zenodotus. Refertur isdem fermè verbis ab Eulathio in Bæotianum Homeri. *Erasm. in Adagiis.*

Hæleus filius suis Hegetori, & Hippocli mandarat, ut infulas illas in mari sparsas subigerent. Deinde ubi Hegetor multas esset aggressus, Hippocles unam modò Myconum, velletque nihilominus reliquarum etiam omnium ex æquo particeps esse, consuluerunt super hac re oraculum. Quam infulas Hippocli cederent? Respondit deus *ὡς Μυκῶνος*, id est, Una Myconus, *Erasm. in Adagiis, ex Zenodoto.*

Summo diluculo, *Bellonus ait in Observant.* antequam plana Hiericho ingrederemur, Camelorum turmam procul conspeximus, Myrobalanis citrini folia depascientium ad sinistram: unde plerique ex nostro comitatu magno metu affecti fuere, Arabes, qui nobi infidiarentur, esse existimantes: Janitari inprimis, qui ignem, quem in sclopetorum funibus gestabant, extinxerunt, ut cum Arabes advenirent, tali signo intelligerent se non voluisse illis resistere, & solos Christianos adoriterent. Sed dominus de Fumet, magni vir animi, & ex F. ejus comitatu, sex generosi nobiles Galli, habentes singulis suas bombardas, primus ex equo desiliit, & omnibus, qui in ipsius comitatu erant, ut sequerentur edixit. Janitari tamen, in monte consistebant, atque rei eventum expectabant. Nos vero confecto itinere, equos denuo conscendimus: tum demum Janitari animadvertentes nullum subesse periculum, nos sublecuti sunt. *lib. 2. Observant. cap. 86.*

RELIGIONE.

Alexander Jagielonis nepos, Casimiri Regis Poloniae F. magno Ducatu Lituaniæ potitus, Joannis Magni Ducis Moscoviæ filiam Helenam in matrimonium accepit. In sponsalibusque conclusum erat, ut templum Ruthenicum ritu in castro Vilnensi destinato loco exadificaretur, eique certæ matronæ, ac Virgines ejusdem ritus jungerentur. Quæ cum aliquanto tempore negligerentur, sumpsit fœcer causam belli contra Alexandrum, triplici exercitu instructo contra eum progressus, unico conflictu omnia ea recepit, quæ Vitoldus multis annis multo sanguine, & sudore comparaverat. *Guagnius in descriptione Lituaniæ.*

INDICI PRÆMIO.

Alexander Medices dux Florentinus, cum quidam amiffa bursa cum XL. aureis promississet se duos aureos indici daturum: at rustico burfam afferenti quicquam dare negasset, quod duo coronati de summa deessent (XLII. enim in burfa fuisse, nunc XL. tantum reperiri) improbitate hominis cognita, burfam cum XL. rustico restituit iussit, & alterum illum, qui amiserat, expedare, donec veniret, qui burfam cum XLII. illi offerret, hanc enim, quæ XL. tantum contineret, illius esse.

Mercator Germanus ad mercatum Francofordensium profectus circa annum Christi mccccl. vino madidus hippopetram octingentis aureis onustam itinere amisit. Die festo pro concione paturam eam proclamari fecit: & indici centum aureos se daturum promisit. Tum faber lignarius, pauper ille, sed integræ vitæ, mercatorum adit, & à se reperitam hippopetram affirmat. Læzus mercator certis indicibus suam illam esse ostendit. Cuiusmodi ea coram testibus in medium prolata esset, mercator aliu fabrum circumvenire studens, octingentis aureis numeratis quinque honorari causa ei obtulit, centum ab illo clam suppressos dictans, cum nongenti in hippopetra inclusi fuissent. Faber negare factum: mercator insistere. Re ad Judices delata, cum mercatoris veritatem perspicere, jurejurando utriusque dato, cum alter octingentos tantum se reperisisset, alter nongentos se amississe Deo teste advocato profiteretur: decrevere uti faber octingentos illos servaret, quoad is, qui eos amississet, repeteret: nongentos verò mercator ab eo peteret, qui se nongentos reperisisset aliquando facturus esset. *Jo. Paulus in Jocoferiis.*

INCOLUMITATE.

Albericus Marforum Episcopus, ab Othone Magno Imper. jus monasterii S. Angeli de Barregio, quoad vivere imperavit: quo defuncto, ad Cassinenses ut rediret, inter ipsos convenerat. Is ob atatem Guinifio filio notho Episcopatum regendum dedit: Cassinense quoque monasterium in filii potestatem redigere laboravit. Capuanorum igitur, quibus invivum Cassinensem Abbatem sciebat, animos tætat, promissa ingenti pecuniaz copia, ut Abbatem oculis privent. Ejus pecuniaz